Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Zwei Kolleghefte - Cod. Ettenheim-Münster 161

Clasmann, Clemens

[S.l.], 1619

Disputatio de unversalibus

urn:nbn:de:bsz:31-114235

Visual Library

ex qua deinde forma proficiscatur (anima tn̄ rāōali excep-
tā) mox ex mā et forma consurgit totum; hinc ex totius
compositione oriuntur proprietates. Postremo accedunt
accidentia, genus quia respondet mā ponitur primo loco, dif-
ferentia quia respondet formæ secundo loco species quia respon-
det Composito tertio loco. Potest etiam dici servatum esse
naturæ ordinem quia primo enumerat ea q̄ in essentia rei
continentur, scilicet genus, speciem et differentiam; deinde
verò, q̄ non continentur in essentia rei proprium scili-
cet et accidens. Et in illis rursum nāæ ordinem servavit
quia 1mo loco genus collocat quod suapte nāā differentiam p̄ce-
dat cum sit quasi principium et fons differentiarum eāsq̄ poten-
tia contineat. 2do loco Differentiam, q̄ specie simpli-
cior est et quasi forma eam constituit. 3tio subiecit speciem
q̄ ex genere et differentia constituitur. In his etiam 1mo
loco ponitur Proprium, quia necessariò rerum nāam consequitur
2do autem Accidens quod non seq̄r necessariò. Ordo autem do-
ctrinæ id postulat ut quæ prioribus intelligendis maximè con-
veniunt statim subiungantur. Cum igr̄ in capite de genere
aliquoties meminisset speciei, ipsumq̄ adeò genus per speciem de-
finivisset, optimo consilio nāæ ordinem mutavit, et speciei
explicatione relicta tantisper per differentiam statim post
genus aggressus est. Ut autem explicentur q̄stiones, quas Por-
phyrius tanquam subtiliores et alterius scientiæ reijcit explican-
da est obiter Universalium nāa.

DISPVTATIO,
DE. VNIVERSALIBVS
QVAESTIO. I.
Quid et quotuplex sit Universale?

Conclusio 1.ma Vniuersale latissimè sumptum dr id quod ad plura pertinet.

Vrte ad unum quod ad clausi trans: ne dnus. Colum. 9.

Vrte ut id quod ratum est plurib. insit: vel ut de plurib. dicitur.

Conclusio 2.da Vniuersale aliud Complexum est, aliud incomplexum. Vniuersale Complexum est propositio Vniuersalis, ad cuius veritatem requiritur veritas multorum membrorum, Vt omnis homo est animal: quo pacto Artes 1.a Posterior. c. 2. et 1. Metaph. c. 1. dicit Vniuersale esse principium scientiae. Vniuersale incomplexum est aliquid unum et simplex, quod se se ad plura extendit.

Vrte complexum

Incomplexum.

Conclusio 3. Vniuersale incomplexum est 4plex 1.mum Vniuersale in causando, quod est multorum causa efficiens vel finalis, quo pacto Deus, superna mentes, et Orbes Cælestes sunt cæ uniuersales eorum omnium q̃ fiunt apud nos. 2.do Vniuersale in significando seu repræsentando, q̃ scilicet multa repræsentat aut significat, de quibus tamen ꝓdicari non pt, quo modo species intelligibilis hominis, q̃ est imago quædam hominis, existens in intellectu nro, est uniuersalis in significando quia repræsentat nobis omnes homines, neq tamen de hominib. ꝓdicari pt. 3.tio Vniuersale in essendo quod nihil aliud ẽ, quam idea q̃dam separata, nec loco nec tempori subiecta, omnis modi ideas Platonem constituisse Artes passim indicat. 4. Vniuersale in prædicando, quod indelicet de pluribus ꝓdicatur.

Incomplexum est 4plex.

In causando

In significando

In essendo.

seu ratio cogit in rerum rei interes à rebus singularibus

In prædicando

Conclusio 4.ta Vniuersale in ꝓdicando bifariam ab Arte accipitur, aliquando latè, ita ut omnia sub se contineat q̃ de plurib. dicuntur sive Dialecticè sive naturaliter prædicentur: sic accipit Vniuersale 3. Metaph. c. 3. tex. vr. 13. et 14. et 20. Meta. c. 4. tex. 6. aliquando stricte pro ijs tantum universalib. quæ prædicantur naturaliter, quâ significatione Artes 1.a Eth. c. 6. negat bonum esse uniuersale, quia ad plures ordinatur Logicè prædicando se se prædicat quemadmodum ens.

In prædicando 4plex Latè

stricte

Conclusio 5.a Vniuersale in ꝓdicando stricte sump

definitio 1.a Universalis tricte sumpti.

definitio 2.

tum (de quo solo in hoc libro agitur) duobus modis ab Arle defini
tur primo quod sit illud quod de pluribus prædicari aptum est
et sic definit illud lib. 10. de interpret. c. 5. Sensus autem de
finitionis huius est, quod universale sit aliquid incomplexum
quod suapte nãa prædicari pt vere, affirmative, divisim, et univoce
de plurib. q dnr plura sdm appellationem eius nominis quo de plurib.
prædicari dr. 2.do modo sic definitur lib. 7. Meta. c. 13 tex 45.
Universale est quod aptum est, ut pluribus insit. In qua de
finitione particula, inesse, non significat inesse in subiecto quem
admodum accidentia suis subiectis insunt. hoc n. pacto nulla sub
stantia esset universalis, quia non pt esse in subiecto, sed signi
ficat aliquo modo idem esse cum eo, de quo pdicatur. Omnis n.
res Universalis est eadem cum quolibet eorum plurium, de quibus
prædicatur sive essentialiter ut homo cum singulis hominibq, sive
accidentaliter, ut nigrum cum singulis coruis, necesse est aut
omne universale esse aliquo modo idem cum eo de quo pdicatur,
quia si nullo modo esset idem, aut non prædicaretur de eo in
recto, aut falso prædicaretur.

DUBIUM.

Quo modo hæ definitiones inter se differant?

Respondetur differre in duobus. 1.mo posterior datur per
caam. prior vero per effectum. Causa n. cur aliquid vere affir
metur de multis, est quia multis inest, ideo n. Petrus dr homo
quia humana natura re ipsa inest Petro. 2.do quia posterior de
finitio rebus tantum non autem vocibq competit, prior autem et
vocib. et rebus. Vocibus quatenus sunt signa et notæ quædam
rerum Universalium: rebus autem quatenus sunt q pcipue
prædicantur ope tamen et ministerio vocum quibus significan
tur; quare voces dnr pdicari id Quo, res ut Quod.

QUÆSTIO. 2.da

Utrum Vrlia sint res an solæ voces vel conceptus?

Prima opinio est Platonis qui asserebat singulas species substiæ esse naturas quasdam separatas per se in rerum nãa existentes communes et universales quarum participatione res singulares constarent et has vocat ideas. 2da Opinio est nominalium quam Guilhelmus Oschan in 1. parte suæ Logicæ c. 13. et 15. Quodlibeto 5. q. 12 et 13. et 1. sententiarum distinct. 2da q. 4. defendit Universale in prædicando esse idem cum Universali in significando ita ut non sit aliqua nãa communis q̃ prædicetur de pluribus, sed tantum voces q̃dam communes significantes res multas singulares aliquam inter se similitudinem hntes. 3. Opinio est realium, Universalium prædicando non esse solam vocem sed nãam communem per vocem vel conceptum immediatè significatam non re, sed rãõe tantum à singularibus distinctam.

Conclusio 1.a Universalia non sunt tales ideæ quales Plato constituit, id est, Universalia non distinguuntur à subctis suis sive singularibus realiter, vel non sunt ab illis re ipsa separata. Probr 1.mo si Universale re ipsa separatum est à singularibus non posset de illis prædicari, at verò pt prædicari. g.o non est à singularibus re ipsa separatum. Probr maior. Sicuti Petrus non dr albus nisi per inhærentem sibi albedinem ita homo dr per nãam hominis q̃ est in illo. minor est Artis qui varijs in locis dicit: Universale esse unum in multis, et de multis prædicari. Probr 2do Nulla quidditas separata est ab eo cuius est quidditas. sed Universalia quædam, ut sunt genus, species et differentia st suorum singularium quidditates. g.o non sunt ab illis separata. Probr. 3. magis intrinseca sunt rei sua essentialia ut sunt genus et differentia, quàm accidentalia, sed accidentalia inhærent. g.o et essentialia et consequenter n̄ sunt realiter separata à rebus.

Conclusio 2da Universalia non sunt solum voces significantes plura similitudinem aliquam inter se habentia. Probr 1.o ex communi omnium iudicio, quotiescunq n. audimus oēs hnes

esse animalia, non cogitamus animal tantum vocem ee communem quae de omnibus hominibus dicatur, sed intelligimus naam aliquam communem, re vera omnib. hominibus convenientem. Probr Universalia cognoscuntur ab intellectu. g.o universalia sunt res et non nomina tantum. Probr Consequentia, quia intellectus non cognoscit nomina tantum, sed res. Probr 3. Multae sunt propositiones in quib. pdicatum nec singularibus convenire pt nec vocibus. g.o universalia non sunt tantum voces. Probr antecedens, quia in hac propositione homo est species, dictio (species) nec singularib. hominibus, nec soli voci convenit.

Conclusio 3. Universalia sunt res ipsae et naae communes, q de pluribus praedicantur. g.o est res ipsa, et naa rei, et non vox tm. Probr Conclusio quia vox non iae in re sed exit ab ore. Pt etiam haec Conclusio confirmari rationibus quib. 1.a et 2.da Conclusio probata est: Dnr autem huiusmodi naae communes distingui à ratione, à singularibus, quia sdm esse reale, quod hat in singularib. sunt singulares, sed quatenus obijciuntur intellectui per speciem intelligibilem, et repsentantur absq differentijs individuantibus, sunt Universales.

Obijciunt nominales 1.mo quidquid in rerum naa est, singulare est. g.o nulla res est universalis. Ans patet inductione, Contia bona est. g.o asseritur falso res esse proprie universales. Respond. ad Ans per distinctionem. Nam quidquid in rerum naa est singulare est vel per se, vel per accidens. Per se singulare est quod sine principijs individuantib. illigi non pt, ut Socrates, et res omnes, q 1.mo et immediate significantur terminis singularib. Singulare per accidens est quod licet sine differentijs individuantibus nunquam existat, tamen sine ijs illigi possunt, ut homo et omnia quae 1.mo et immediate significantur terminis universalib. Si igitur in antecedente sumitur quidquid in rerum naa est, ee singulare per se negatur Antecedens, homo n. est in rerum naa et tamen non est singulare per se. Si autem dr quidquid in rerum naa est, id singulare est per se vel per accidens concedi-tur Antecedens sed negatur Consequentia, quia quod est singulare per accidens hoc pt esse universale.

Objiciunt 2.do quidquid est praeter Deum, aut à Deo creatum, aut à causis naturalibus genitum est, sed generatio sicuti et creatio fiunt circa singularia, ut habetur 1. Metaph. g.o quidquid est, singulare est. Respond. ad Maiorem quidquid est sive existit (intellige per se) est creatum, vel genitum, non autem id quod est sive existit per aliud.

Objiciunt 3. Universale significat id, quod cum sit in multis, hoc autem est impossibile g.o non est aliquod universale. Respondet: ad Maiorem quod est unum realiter, id est, quatenus in hoc vel illo individuo est, non posse esse in multis.

Objiciunt 4. Arles lib. 1. de Aia Universale aut nihil est aut posterius est. Et 3. Metaph. c. 19. tex. 53. Universale nihil est praeter singulare. Respond. Artem loqui contra Platonem et nihil aliud velle quam Universale non habere universitatem, nisi per operationem intellectus.

QUAESTIO 3.tia

Utrum Universalia sint in rebus distincta ante mentis operationem?

Notandum 1.o hanc quaestionem non intelligi de istis quae 1.mo et immediate significantur per terminos singulares, cum n. eiusmodi sint singulares nunquam ne intellectus quidem abstractione Universales fieri possunt, esse autem quaestionem de iis rebus, quae significantur per Universales terminos immediate eiusmodi sunt homo, Leo, equus. etc.

Notandum 2.do res per terminos universales significatas trib. modis accipi posse. 1.mo quatenus coniunctae sunt cum principiis individuantibus: quo modo nemo dicit illas Universales esse. 2.do quatenus significantur per similitudinem aliquam in mente positam, quo modo nemo dubitat, quin possint universales esse, si videlicet repraesentantur non repraesentatis individuantibus principiis.

3.tio sdm suam naam et rationem, id est, sdm eas partes quae in essentia rei includuntur, namque necessario consequuntur: De rebus itaque

sic acceptis quæstio est sintne Universales ante quamcunq operationem intellectus Scotus 7. Metaph. c. 16. et 2. Sentiarum Distinct. 2.ª q. 1. existimat antequamq intellectus operationem res esse universales, et in ijs invenire non modo numericam, sed Specificam et genericam unitatem.

Conclusio Res sdm se sumptæ nec Universales nec singulares sunt nec unitatem numericam, nec Specificam hnt, sed omnia hæc ijs per accidens conveniunt, ita ut sint particulares quatenus in hoc vel illo dividuo sunt Universales verò quatenus percipiuntur ab intellectu sine differentijs individuantibus hæc Conclusio est d. Thomæ in lib. de ente et essentia c. 4. Et Caietani ibidem. Et probr 1.º homo sdm se acceptus aut est per se Universale aut per accidens. Non per se, alioquin nunquam esset singularis. g.º per accidens. Si est Universale per Accidens, aut igitur quia coniungitur principijs individuantib. aut quia significatur per aliquam similitudinem in mente positam Non 1.º modo quia hac ratione est singularis per accidens. g.º 2.do modo, et per Consequens non est res universalis ante quamcunq operationem intellectus mentis. Probr. 2.do Si homo per se est universalis nunquam poterit coniungi principijs individuantibus q repugnant universalitati, q. tn. apertè falsum est. Probr. 3. Si homo per se est Universalis g.º singuli homines sunt per se universales. Probr Contia quia dicit Artes 1. Posterior. c. 4. Omne quod competit alicui Superiori per se convenire omnibus inferioribus. Probr 4.º ex lib. 1. de Aia c. 4. ubi dr Universale aut nihil est aut posterius, id est, aut non est res per se existens ut Plato volebat, aut si est Universale ea ratione dr universale, quatenus à differentijs individuantibus per intellectum abstrahitur. Obijcitur 1.º homo secundum se ante intellectus operationem de pluribus prædicari pt. g.º est universalis ante operationem intellectus Probr. Antecedens quia seclusa omni abstractione mentis Petrus dr homo, et Paulus dr homo. Respond: in huiusmodi enunciationibus prædicari naas communes

non 1.mo aut 2.do sed 3. modo consideratas, id est, sdm suam
naam et rationem nulla re, quae ijs per accidens conveniat
abiecta, sed dices naa communis per se accepta nec est par-
ticularis nec universalis. In his autem propositionib. Pe-
trus est homo, homo est Animal praedicatur Universale de
suis particularib. 1.ma n. pdicatio est Speciei de indivi-
duo 2.da est generis de Specie. g.o non praedicatur naa se-
cundum se accepta. Aut si praedicatur erit ante opera-
tionem intellectus Universalis. Pro resolutione huius
instantiae notandum in huiusmodi pdicationib. spe-
ctari posse 1.mo id, quod attribuitur subiecto. 2.do Con-
ditio sine qua non attribuitur, quemadmodum enim dum
pariter album video id quod video est paries: Conditio
vero sine qua non video est lumen. sic cum dico Petrus
est homo, naa humana est id quod attribuitur et dr in
esse Petro, sed universalitas quam habet naa ab intellectu
est conditio sine qua humana naa non posset pdicari de Pe-
tro. Concedimus igr Maiorem: distinguimus autem Minorem
Nam si significet Universale pdicari, id est, naam praedica-
ri, quae habet conditionem Universitalitatis vera est, sed
inde non sequitur Conclusio q infertur. Si autem sig-
nificet naam praedicari cum universitalitate neganda
est et hinc colligitur naam ipsam sdm suam rationem, et non ali-
quid ee id q pdicatur, quamvis Conditio necria ut pdicetur
sit Universalitas.
Obijcitur 2.do omne id q aptum est ee in plurib est ur-
le, at homo quatenus homo aptus est ee in pluribus. g.o homo
quatenus homo est universalis. probr minor quia homini
quatenus homo est non repugnat ee in pluribus. g.o homo qua-
tenus homo est, est aptus ee in pluribus. Respondetur
negando Minorem et distinguendo probationem si enim il-
ligas habere non repugnantiam positive, id est, ex sua naa

hominem habere ut non repugnet ei. Negandum e. si intelligas non habere repugnantiam negativè, id est, ex sua naa non habere ut ei repugnet concedendum est: sed tunc non valet consequentia, et hoc est quod aliqui dicunt naam ante operationem intellectus esse indifferentem ad plura negativè, eo quod ex se non sit determinatè aliquod individuum, non tn. esse indifferentem ad plura positivè, quasi sdm se habeat respectum et ordinem ad sua individua. Obycitur 3. Obiectum præcedit potentiam, sed universale est obiectum illectq. g.° præcedit illectum. Respond: Ans verum esse quoad naam obiecti, non autem quoad eius modum atq ita res ante intellectum sunt sdm suam naam consideratæ, sed Universalitas sdm quam illectus intelligit res fit ab ipso illectu.

QUAESTIO. 4.ta

Quonam pacto fiat Universale

Respondetur Res tunc fieri Universales quando intellectq eas à suis individuantibus principijs quibus in rerum naa semper existunt coniunctæ separat. Fit autem hoc mo 1.mo obycitur sensui exteriori aliquod individuum V. g. Socrates per speciem sensibilem, q species sensibilis aliam producit speciem in sensu exteriori q phantasma seu idolum dr. Utraq autem naam Socratis rudi adhuc et corporeo modo repsentat involutam adhuc principijs individuantib. et coniunctam cum hoc corpore, cum his vestibus. R.do accipit intellectus agens quasi pfulgidum lumen et suo lumine phantasma illud rude illustrans producit speciem intelligibilem in intellectu possibili quæ repræsentat humanam naam nullis principijs individuantib. repræsentatis. Natura igr humana sic repræsentata et ab individuantibus principijs abstracta iam consecuta est Universitalitatem, à qua denominatur Universalis, quemadmodum paries ab albedine albus.

DUBIUM

Quidnam sit illa Universalitas.

Ut ad hoc dubium respondeatur Notandum 1.° naam humanam v. g. repraesentari per speciem intelligibilem non repraesentantem differentias individuantes Socratis vel alterius individui humanae naturae. 2.do ex hac repraesentatione sequi aptitudinem quandam logicam sive non repugnantiam eiusdem naae humanae ad multa individua, id est, eandem humanam naam possitne habere ut ei non repugnet ee in pluribus eo q sic repsentata sit. 3.° ex hac aptitudine sive indifferentia sequi et exultare quandam relaoem quantitatis ad plura in quib. ee pt. quae quidem relao est relao raois cum ab operaoe intellectus dependeat et vocatur Vilitas. Ad dubium igr respondetur: Universalitatem illam quam natura humana consecuta est, et q facta est actu Universalis esse ens raois et relaoem quandam rationis eiusdem naae suae ad inferiora sua in quib. esse possunt.

QUAESTIO 5.ta

Quid sit 1.ma et 2.da intentio.

Notandum 1.mo duplicem ee conceptum formalem scilicet et obiectivum. Formalis est ipsa intellectio seu actus intelligendi. Obiectivus est ipsa res q intelligitur.

Notandum 2.do rebus q illiguntur aliqua convenire sdm se, et si nunquam illectui repsentantur: sic homini convenit, quod sit albus; aliqua non convenire, nisi ppsa intellectui repsententur, vel quia aliquo modo intellectus circa ipsas versatur, quo modo homini convenit esse Universalem, esse speciem, ee subiectum. Prima itaq intentio proprie dr Conceptus fralis, qui htur de aliqua re, quo videlicet rem cognoscimus sdm ea, q illi conveniunt sine operaoe

intellectus, qualis ē ille conceptus, quo cognoscimus hominem ēē animal. Vocatur autem prima intentio quasi prima attentio intellectus ad rem. primum n. intellectus attendit ad ea, q̄ conveniunt rebus, sine ipsius operatione. Nomen autem quod significat rem eo modo conceptam appellatur nomen primæ intentionis, ut homo, lignum etc. Secunda intentio propriè dr̄ secundus Conceptus formalis qui habetur de re conceptâ, quo ad ea quæ conveniunt ipsi tantum ex operatione intellectus, Et vocatur r.da intentio, quia supponit primam. Nomina verò q̄ significant rem secundo modo conceptam, dr̄ nomina r.dæ intentionis, Cuius modi sunt Universale, Species, Genus, subiectum prædicatum &c.

QVAESTIO 6.ta

Quid sit ens rationis Logicum, et quale esse habeat in intellectu.

Duæ erunt huius q̄stionis partes. In priori explicabimus, quid sit ens rationis Logicum; In posteriori, quale ēē habeat in intellectu.

Quod ad primam partem attinet, notandum ē rem quampiam duplex habere ēē, ac proinde duplices proprietates huiusmodi esse consequentes: alterum ex se sive à parte rei, verum videlicet et reale, quo verè existit et in rerum natura est absq ulla intellectus operatione, quod ēē consequuntur proprietates reales. quo pacto homo V.g. quatenus est animal rationale habet esse reale atq adeò est ens reale, cùm verè existat, et in rerum natura est, et nullo intellectu operante eiq sic spectato competunt proprietates reales, ut ēē discursivum, admirativum, risibilem &c. alterum a. esse habet ex intellectu, obiectivum videlicet, quod non habet, nisi ab intellectu, quatenus ei obijcitur, ab eoq cognoscitur, quod esse consequuntur proprietates similes sic homo habet esse obiectivum, quatenus obijcitur intellectui, et ab eo cognoscitur ea ratione, qua non existit in rerum natura, videlicet præcisè absq conditionibus seu proprietatibus

singularibus, Et hoc modo conueniunt ei q̃dam proprietates rationis, id est q̃ ei non competerent nisi haberet esse in intellectu hoc modo ut esse Vniuersale, esse lpem, esse subiectum &c. Ens q.e rationis Logicum nihil aliud est, quam relatio seu proprietas quædam adueniens rei cognitæ quatenus cognita est uel apprehensa per operationem intellectus seu quod idem est, quatenus est obiectiue in intellectu tantum. Vnde sicut ens reale dr̃ illud, quod est in rerum naã præter operationem illectus; ita ens rationis illud est, q̃ non existit, nisi per operationem intellectus: ut V. g. Intellectus cognoscit 1.mo naam hois sdm se et proprietates. 2.do Cognoscit istam naam ee participabilem à multis individuis, uel posse subijci animali. Ex hac consideratione intellectus adueniunt illi naã sic consideratæ q̃dam relationes seu proprietates, quib. denominatur uel species uel subiectum et istæ proprietates quæ adueniunt naã sic consideratæ &c. sunt entia rationis Logica, quarum fundamentum remotum q̃dã sunt ipsæ naã reales. proximum uerò Operationes illectus seu potius naã illæ cognitæ, quatenus sic cognitæ siue apprehensæ sunt.

Quod ad posteriorem huius q̃stionis partem attinet Notandum 1.mo Aliquid posse esse multis modis in intellectu sunt n. quædam in intellectu obiectiuè tantum sine ullo fundamento in re, ut Chymera et alia ficta entia: q̃dã dr̃ habere esse in intellectu obiectiuè et subiectiuè, ut scia q̃ est in Petro q̃ndo illigitur à Petro dr̃ habere esse obiectiuum, et quia est in eiusdem intellectu, dr̃ etiam habere esse subiectiuum: quædam habent esse in intellectu, quatenus intelliguntur, sed præter hoc hnt etiam esse reale extra intellectum ut Planta &c. quædam demum hnt esse in intellectu et præter hoc non habent esse in rebus, sd tantum supponunt esse in rebus remotum quod denominant.

Notandum 2.do aliquid posse habere ee in intellectu rplr directè uidelicet et indirectè: directè dr̃ habere ee

obiectiuum in intellectu, quando per se obijcitur illectui cuiusmodi est natura realis, ut homo, Animal. Indirectè vero quando non per se illigitur ab intellectu sed consequitur ad aliquam eius operationem. His positis respond.

Primò Ens rationis non habere esse in intellectu subiectiuè. Ratio quia non inhaeret. 2.do Ens rationis non habere esse subiectiuum ullum sed tantum obiectiuum indirectè in intellectu. Ratio est quia si haberet aliquod esse subiectiuum, esset ens reale, habet autem esse obiectiuum in intellectu quia nunquam est nisi intellectus intelligat. Habet denique esse indirectè quia non per se obijcitur et intelligitur ab intellectu sed potius concipitur ad aliquam operationem illius genereitas tantum est quando intellectus illigit aliquam naam esse participabilem à multis speciebus.

QUAESTIO 7.ma

Quid respondendum sit ad quaestiones Porphyrij in prooemio motas, et praetermissas.

Ut haec quaestio dissoluatur Notandum 1.mo quemadmodum album duo significat Corpus videlicet, quod denominat album, et ipsam albedinem qua dicitur album; sic et genus et Speciem duo significare rem scilicet, q denominatur genus et Species, et ipsam genereitatem vel Specieitatem, qua res dr genus vel Species, dicitur etiam significatum maale generis vel Speciei. Item res substrata genereitati vel specieitati. Generitas autem vel Specieitas appellatur significatum formale generis vel Speciei.

Notandum 2.do Rerum quasdam esse quarum individua existere

possunt vel per se ut est homo, vel in subiecto, ut albedo est, et hæc vocantur entia realia; quasdam quarum individua neq per se possunt existere, neq in subiecto cohærere, cuiusmodi sunt res fictæ, veluti Chymæra, et entia rationis propriè dicta, et hæc nullum habent esse nisi quod obiectivè sint in intellectu.

Notandum 3.tio entia realia alia sensu percipi posse, ut sunt lapis, albedo. Alia non posse percipi sensu, ut DEUS, Angeli &c.

Notandum 4. quemadmodum in sensu, sic etiam in intellectu aliqua esse subiectivè, alia obiectivè. Subiectivè id in intellectu ēē dicitur, quod intellectui tanquam accidens in suo subiecto inhæret, qualia sunt species intelligibiles, habitus intellectuales, Scientia, Sapientia &c. Obiectivè verò intellectui inesse nihil aliud est quàm intelligi ab intellectu, vel repræsentari in intellectu per speciem intelligibilem. Quomodo omnia entia tam rationis quàm realia in intellectu esse possunt, cùm is omnia vel intelligere possit vel fingere, hoc a. appellant Phi ēē in conceptibus.

Ad 1.mam itaq quæstionem respond. genera et spes si pro materiali significato sumantur, ēē in rerum natura: si verò pro formali significato sumantur esse in nudis et solis conceptib. idest naas ipsas, quæ denominantur genera et species ēē in rerum naa, ut hominem, Animal, At intentiones Universalitatis v. g. generis et speciei obiectivè tantum esse in intellectu. Probatur prior pars quia genera et species maaliter sunt in suis individuis, à quib. tantum per intellectum separant. Probr posterior pars, quia formaliter accepta sunt

tantum entia rationis quae subjective nunquam cohaerent, nec aliud esse habent quam quod objective sint in intellectu.

Dices q.° genera et species sunt mera figmenta. Respond. non esse mera figmenta, figmentum enim nullum habet fundamentum in re, sicut Chimaera, nulla n. res existit nec existere potest cui accomodetur. Intentio autem generis et speciei praeterquam quod objective sit in intellectu, etiam fundamentum habet in ipsis rebus, quib. tribui potest, cuiusmodi sunt Animal, homo, Et praeterea huiusmodi intentiones non sunt figmenta.

Ad quaestionem 2.dam Resp. Generum et specierum quaedam esse Corporea, quorum scilicet individua corporea sunt, ut homo, animal: quaedam corporibus inhaerentia, quorum videlicet individua corporibus inhaerent, ut albedo, color; quaedam incorporea sunt quorum individua incorporea, ut Angelus, substantiae separatae; quaedam incorporibus inhaerentia, ut Angelorum accidentia. Si autem formaliter accipiantur pro intentionib. videlicet generositatibus videlicet et specificitatibus, nec corpora sunt, nec corporibus inhaerentia.

Ad 3.um Resp. Genera et species materialiter existere in rebus sensibilibus per identitatem videlicet, formaliter accepta separata esse ab ijsdem. Maiorem partem satis probavimus q. 2. huius disput. Conclus. 1. 2. et 3. Posterior pars est Artis 2. de Aia c. 5. Ubi ait Universalia quodammodo esse in animo, intellige secundum formale significatum, quodammodo etiam illud exposuimus, Universalia aut nihil est, aut posterius. Et probatur ratione nullum ens rationis existit in individuis subjective, sed genera et species formaliter accepta sunt entia rationis q.° non existunt subjective in rebus. Atq adeo sunt ab ipsis separata.

QVAESTIO 8.

Vtrum Vrle sit obiectum huius Isagoges?

Vniversale bifariam sumitur 1.mo pro ea re q̄ denominatur vniversalis. 2.do pro ipsa Vniversalitate qua res formaliter sunt et dicuntur Vniversales. Vel sdm D. Thomam l. 2. de Aia Vniversale 1.mo sumitur pro prostrato id est, pro naa communi sdm se considerata. 2.do pro eadem naa quamvis rdis intentionib. substet.

Conclusio in posteriori D. Thomae significatione sumptum est obiectum attributionis huius libri. Probr 1.mo quia quidqd in hoc libro tractatur vel est pars Vniversalis sic sumpti, vel ad vniversale refertur. 2.do quia Vniversale potissimum hic intendit, utpote huius partes in hoc libro diligentissime excutiuntur. 3. quia in nullo alio libro ea ratione tractatur de Vniversalib. qua in hoc. 4. quia praedicabile, quod est Vniversalis propria passio sic de suo subiecto pt demonstrari; Quidquid est in multis hoc de multis ē praedicabile. Si dicas Porphyrium nusquam definisse Vniversale, respondr cum Scoto q. 8. in Porphyrium. Etiam Phyrius saltem definisse implicite Vniversale cum dicit in capite de gnre eorum q̄ praedicantur et c. ult. dum ait hoc commune ee quinq vocib. ut de pluribus praedicentur.

Obycitur. praedicabile non est propria passio Vniversalis. q.o Vniversale non est subiectum huius tractationis. Probr Consequentia; quia subiectum debet hre aliquam passionem neq alia quam praedicabile solet assignari. pbr Antecedens. Proprium debet cum eo, cuius est proprium

converti, sed nullum proprium convertitur cum Universali, quia est species Universalis g.° Universale non habet proprium, Et per consequens prædicabile non est ipsius proprium. respond. per distinctionem Minoris, si n. proprium accipiatur pro intentione proprij et formali significato, vera est minor sed falsa est maior. si autem accipiatur pro ea re cui talis intentio convenit maior. Maior vera est, sed falsa est minor.

QVÆSTIO. 9.

Utrum Universale sit genus ad quinq prædicabilia?

Conclusio. Universale est verum genus ad quinq prædicabilia genus, Speciem, differentiam &c. Probr. 1.° quia Universalis definitio scilicet aptum esse in multis, quemadm et propria passio posse scilicet prædicari de multis univoce quinq prædicabilib. conveniunt. g.° Universale ad illa quinq est genus. Probr. 2.do quia definitio non debet dari per analogum, ut docet Artes 6. Topic. c. 2. sed hæc quinq prædicabilia definiuntur per Universale. Diximq n. genus est Universale, Species est Universale g.° Universale non est Analogum ad illa quinq et per consequens est Univocum atq adeo genus.

Obijcitur nullum genus continetur sub sua Specie, sed si Universale sit genus ad illa quinq continebitur sub sua Specie videlicet genere. g.° Universale non est genus ad illa quinq. Maior est clara. Minor probr. quia hæc prædicatio Universale est genus est directa et vera. Resp. ad maior. nullum genus contineri sub sua Specie essentialiter, sine prædicatione essentiali, posse tamen contineri

accidentaliter seu prædicatione accidentali, ut hic fit cum dr Universale est genus, est enim prædicatio accidentalis, sicuti est ista, Animal est genus.

Dubium

Quid intersit inter Universale et Prædicabile.

Respond. Universale et prædicabile re quidem unum ee ratione verò differre. Nam Universale dr quatenus habet aptitudinem ut sit in plurib. vel identitate essentiali vel accidentali. Prædicabile verò quatenus habet aptitudinem ut prædicetur de plurib. illis, quæ aptitudo est alia ratio diversa ab Universitalitate, sed tamen necessario sequitur Universalitatem, et est eius propietas quarto modo. Universale g° quatenus Universale habet pro relativo parte; Intelligimus autem pro parte quidquid directè, id est, in recta serie prædicamentali continetur sub Universali, sive illud sit singulare, ut Petrus sub homine, sive Universale minus commune ut hoc sub animali. At prædicabile quatenus prædicabile est, habet pro correlativo subjecibile, id est, id dicitur quo minus communi, seu minus latè patente directè prædicari pt. Hinc Essentialis definitio ipsius Universalis hæc colligi pt ex dictis. Universale est id, quod aptum est, esse in pluribus. Accidentalis verò ista. Universale est id, quod aptum est de pluribus prædicari. quamquam posteriori definitione prædicabile Essentiale definiatur, quemadmodum etiam Animal aptum est ad ridendum, Et quidem definitio accidentalis hominis, essentialis tamen ipsius risibilis.

QUÆSTIO. 2d.ma

Utrum sint tantum quinq Universalis species?

Conclusio est affirmans et probatur 1.mo ex similitudine Compositi naalis, in quo tantum cernuntur quinq. Maa videlicet, Forma, efficiens, Compositum, proprietates et communia accidentia quib. hæc quinq Universalia respondent ut ostendimus dub. 3. circa præfationem Porphyrii. Probr 2. quidquid prædicatur de plurib. univoce, vel prædicatur in Quæstione Quid est, aut in quæstione Quale est, si in quæstione Quid est, aut dicit sive formaliter significat totam naam individuorum, aut partem. Si totam naam, est species si partem est genus. Si vero prædicatur in Quale, aut prædicatur essentialiter et est differentia, aut accidentaliter, et tunc vel necessario, et est proprium, vel contingenter et est accidens. Probr 3. quidquid prædicatur de plurib. univoce, aut prædicatur essentialiter, aut accidentaliter. Si essentialiter, aut in quæstione Quid est, aut quale est. Si in quæstione Quid vel de pluribus specie differentibus et est genus, vel de pluribus solo numero differentib. et est species. Si prædicatur in Quæstione Quale est, dr differentia: Sin vero prædicatur accidentaliter, aut prædicatur necessario et est proprium, aut contingenter et est accidens.

Obijcitur 1.mo 4 tantum sunt prædicata, ut patet ex 1. Top. c. 4. Genus scilicet definitio, proprium et accidens. 2.o et quatuor tantum sunt prædicabilia. Probr Consequentia quia prædicata et prædicabilia videntur ee idem, et hoc tm differre, quod unum dicat actum, alterum vero potiam sive aptitudinem. respondendo negatur Consequentia, et ad eius probationem dicitur; In hoc differre prædicata et prædicabilia quod hæc incomplexa tantum sint et simplicia, illa vero etiam complexa ee possint.

Obijcitur 2do. prædicamenta sunt 10. sed prædicamenta sunt prædicabilia ergo etiam sunt decem prædicabilia. Respond. 1o prædicamenta ee prædicabilia sed non diversæ speciei, ora n. accidentia comprehenduntur sub uno prædicabili, quod est genus, ac proinde non sequitur esse decem prædicabilia diversæ speciei, quod erat probandum: Quemadmodum n. homines albi ac lapides albi, cum sint diversæ speciei sdm suas naturas, tn. omnes continentur accidentaliter sub una specie colorati, videlicet sub albo; ita decem genera summa cum sdm suas naas sint diversa tn. omnia continentur in una specie prædicabilis, videlicet in genere.

CAPUT PRIMUM.

DE GENERE.

Duæ sunt huius Capitis partes. In priore Tres acceptiones generis ponuntur. In Posteriori genus Logicum definitur, ac definitio declaratur, quæ ad priorem partem attinet. Primo Genus dicitur aliquorum hominum aggregatio, quod ad unum quippiam, et inter se rae consanguinitatis habeat respectum: sic aliqua familia dr genus. Secundo Genus dr uniuscuiusq principium, Ortus tam ab eo qui genuit, quam à loco, quo est quispiam oriundus. Tertio dr Genus id sub quo species collocatur, cuius est ea similitudo cum prioribus significationibus, quod hoc quoq principium quoddam eorum est, q sub se habet et multitudinem omnem amplectitur, quam infra se continet. In Posteriori parte Genus Logicum sic definitur: Genus est, quod de plurib. specie differentibus hoc ipso quod est prædicatur. Quam definitionem ut explicet tres distinctiones eorum q prædicantur affert. Prima eorum q prædicantur alia de uno solo dnr ut individua, alia de pluribus prædicantur ut genera, species, differentia &c. Secunda quæ de plurib. pdicantur

quædam de pluribus differentib. numero, quædam de pluribus differentib. specie dicuntur. Tertia quæ de pluribus specie dicuntur, quædam prædicantur in Quale, quædam in Quid. Ex his divisionib. colligitur definitionem generis esse bonam, utpote qua genus separatur ab omnib. alijs prædicabilib. differt n. ab individuis, quòd illa prædicantur de uno tantum. Genus autem de multis à specie, quod illa de plurib. differentib. numero, genus de plurib. specie differentib. dicatur. Eodem quoq modo distinguitur à proprio: Nam proprium de una tantum specie, et de individuis his, q sub illa specie sunt prædicatur. A differentia demum et Accidente, quòd illa prædicentur in Quale, Genus in Quid, Ex quo colligitur definitionem generis neq superfluam ee neq diminutam.

QVAESTI. PRIMA.

Quare primo loco de genere agatur.

R. 1.° cum Boetio, quia genus est universalius reliquis, Universalia autem sunt notiora ut docet Artes 1. Phycorum, sed quia hæc ratio in accidentibus, q latius patent genere locum non habet. Respond. 2. cum eod. et Ammonio quia genus est generatione et naturâ prius quàm alia Universalia, eo inquam Naæ ordine quem explicavimus. dub. 3. præfat. Respond. 3. cum Toleto, quia hic traditur introductio ad categorias, æquum igr fuit, ut de eo prius ageretur, quod in illis prius occurrit. Occurrit aut in illis primo omnium genus, quia Ens statim in 10. genera dividitur, et in prædicamento substantiæ quod ante Accidentia primum locum Genus generalissimum obtinet, quod aut. genus reliquis universalibus prius ee dicamus, id de mali eius significato et fundamento intentionis

generica accipiendum est. Nam in formali significato certum est genus non antecedere speciem, utpote suum correlativum, relata n. naa simul sunt.

QUÆSTIO 2.da

Quodnam sit definitum definitionis generis hoc capite traditæ?

Notandum 1.mo Genus, quemadmodum omnia connotativa includere duo significata, Formale quod est ipsa intentio generis, Et materiale, quod est res substrata, q ab intentione generis denominatur genus.

Quæstio igr est an hic definiatur intentio generis, An res substrata tantum, An verò simul cum intentione.

Notandum 2. In genere duplicem ee intentionem, Quarum Prior est aptitudo, ut sit in pluribus, hoc ipso quod est, et hæc vocatur genereitas. Posterior est aptitudo ut prædicetur de pluribus, et hæc vocatur prædicabilitas, quæ necessariò sequitur genereitatem. Quemadmodum g.o homo est causa remota, cur Petrus sit risibilis, risibilitas autem caa proxima sic etiam genereitas remota causa est, ut V. g. Animal prædicetur de plurib. prædicabilitas v.o causa proxima.

Notandum 3. quemadmodum aliquid dr disgregare visum vel formaliter ut albedo, q causa est, et ratio, cur paries disgregat visum, vel denominative, ut ipse paries, quæ ratio est albedinis disgregat visum: sic pt aliquid et dici prædicari vel formaliter vel denominativè: Formaliter prædicatur id, quod est ratio et caa, cur aliquid prædicetur, licet ipsummet non prædicetur, et hoc est intentio. Denominativè id prædicari dr, quod pp talem rationem prædicatur et est res ipsa substrata.

Obycies Artes 2. l. Top. c. 2. dicit, Quæ denominativè

prædicatur ea non prædicari essentialiter, sed res substratæ intentioni generis prædicantur essentialiter. V. g. Homo est animal. g.° non denominativè. Respond. ad maiorem. Duob. modis prædicari aliquid de aliquo denominativè: 1.mo n. id dr prædicari denominativè, quod accidentaliter denominat rem, de qua prædicatur: quo modo albedo de pariete prædicatur denominativè, quia paries ab albedine accidentaliter denominatur albus, Et de hoc modo loquitur Artes loc. cit. 2.do modo id denominativè prædicari dr, quod ipsi accidentaliter dr prædicari de alijs, quo modo alr dr denominativè prædicari de homine, non quod sit accidentale et denominativum prædicatum hominis, sed quia Accidentaliter et per operationem intellectus habet intentionem prædicabilis. Et hoc modo dicimus res intentioni generis substratas prædicari denominativè.

Notandum 4.to Connotativis proprium ee, ut accipiantur in propositionib. pro rebus denominatis, non a. pro forma denominante, quam significant. Sic cum dicimus album currit, non intelligimus albedinem currere, sed rem q̃ alba est.

Prima Conclusio. In hac definitione x̃ definitur genus pro re substrata. Probr. 1.mo quia nullum pt. inveniri genus quod univocè tribuitur omnib. reb. intentioni generis substratis. g.° hic non definitur genus pro re substrata. Probr 2. quia in hac definitione nec per genus suum, nec per differentiam, nec per proprietatem ullam res substrata explicatur, cum omnia, q̃ in hac definitione sunt, secundæ sunt intentionis. Obycies Id definitur cum accommodatur tota definitio. g.° definitur res substrata. Probr. Contia quia illi tota definitio accommodatur, nam animal V. g. de

nominatur de plurib. specie differentib. hoc ipso q. qd ē. Respon.
rei substratæ tantum denominativè convenire definitionem. Id
a. propriè definiri cui definitio convenit quidditativè et forma-
liter.

Secunda Conclusio Non definitur totum aggregatum ex
re substrata et intentione. Probr. 1.mo quia complexa et
entia per accidens non definiuntur. At totum aggregatum
ex re substrata et intentione est complexum quid et ens
per accidens. g.o hic totum aggregatum non definitur. Probr.
2.do quia totum aggregatum ut Animal, et genereitas eius
non prædicatur in Quid, de suis speciebus, nam alioquin ip-
sa intentio generis esset de essentia speciei.

Tertio conclusio Ipsa generis intentio quidditativè et for-
maliter hic definitur. Probr. 1.mo Genus hic definitur ut ē
commune quippiam ad omnia genera. Sed in genere nihil com-
mune def et univocum cernitur præter intentionem. g.o ipsa
intentio definitur. Probr. minor quia in genere præter in-
tentionem nihil est nisi res substrata. Nulla autem res sub-
strata potest dari communis et univoca ad omnia, quæ de-
nominantur genera, cum quædam sint substantiæ quædam
accidentia. g.o in genere nihil commune. Probr. 2.do Dia-
lecticus agit de genere, quatenus est genus. Sed non est ge-
nus rei denominatæ ratione, sed ratione intentionis de-
nominantis. g.o genus definitur ratio secundæ inten-
tionis, alq adeo hæc formaliter definitur. Obycies.
definitio non convenit neq accommodatur intentioni secundæ.
g.o hæc non definitur. Probr. Ans quia nec de specie for-
maliter nec materialiter accepta intentio secunda prædica-
tur: Utraq n. hæc falsa est. Specieitas est genereitas, Et ho-
mo est genereitas. g.o genereitati non convenit illa definitio.
Respond. Negando Antecedens, Convenit n. hæc definitio in-
tentioni secundæ formaliter, neq quisquam efficeret probatio

antecedentis. Quia prædicari formaliter non ē affirmari de speciebus subiectis, sed est esse rationem et causam quare aliqua naa de speciebus prædicetur.

Quarta Conclusio Neq genus neq eius definitio in propositionib. accipiuntur pro secunda intentione, sed pro re substrata. Probr. quia ut diximus antea, Connotativa non accipiuntur pro formis denominantib. sed pro reb. denominatis.

Ex tota Quæstione hac patet, Hanc definitionem 1.mo et formaliter convenire intentioni. Ydario et denominative reb. substratis, quod alij solent dicere intentioni generis convenire hanc definitionem in Actu significato signato, Et ut Quo; rebus vero substratis in actu exercito, Et ut Quod. vide Conimb hoc loc. q. 1.a a. 2. Quod autem tota hac quæstione diximus de definitione generis suo etiam modo intelligendum est de definitionib. omnium reliquorum prædicabilium.

QUÆSTIO 3.tia

Qualis sit hæc generis definitio?

Scotus q. 5. de prædicabilib. existimat hanc definitionem ēē quidditativam, Communior tamen sententia est ēē descriptiva, ut pote a. constat ex genere et proprietatibus quibusdam loco differentiæ positis. Istæ n. particulæ duæ (prædicari de differentib. specie, Et prædicari in Quid) aliquam generis proprietatem et peculiarem aptitudinem prædicandi circumscribunt, possit tamen essentialis definitio sic designari. Genus est Universale quod inest multis specie differentibus in Quid. Obycies. quando Relativum definitur per suum correlativum est essentialis definitio. Sed in generis definitione factum est, definitur n. per suum correlativum scilicet speciem. g.o illa definitio est essentialis. Respondetur. Maiorem veram ēē, quando definitur relativum per respum essentialem ad suum correlativum, ut cum dicitur, Pater est, qui filium

habet. Genus est, quod sub se continet Speciem. Non autem cum definitur relativum per respum accidentalem ad Correlativum ut si dicas. Pater est, qui filium punire potest, Genus est quod prædicari potest, et talis est definitio, cum hic dr: Genus est, quod prædicatur de pluribus.

Dubium

Quid in ipsa descriptione ponatur loco generis?

Tao dubitandi est, quia Porphyrius aut voluit subaudiri Universale in ista descriptione, quod est verum genus generis, aut voluit, Utrumvis detur sequuntur incommoda. Si n. dicas subintelligi Universale erit hæc descriptio, Genus est universale quod prædicatur de plurib. &c. At hæc descriptio duplici laborat vitio; 1.mo quia idem bis ponitur. Idem n. est prædicari de plurib. quod Universale. 2.do quia hoc posito non recte Porphyrius exclusisset individuum à definitione per prædicari de plurib. quia quæ sub genere definiti non continentur (non continetur autem individuum sub Universali) sed ipsum genus debet excludi: Si dicas n. subintelligi Universale, hoc sequitur incommodi, ut in hac descriptione nullum sit genus: Quia prædicari de plurib. differentib. Specie est una proprietas generis, si dixeris hanc particulam (prædicari de plurib.) poni loco generis, reliquas verò loco proprietatis, id falsum videtur. Quia istæ reliquæ particulæ non possunt dici de genere, neq n. verum est, Genus est differentib. Specie hoc ipso quid est; quod si dicas subaudiendam ee particulam quod aptum est prædicari de plurib. Tam rursus idem bis ponitur.

Ad hoc dubium respond. 1.mo satis probabilem ee eorum

sententiam, qui dicunt subaudiri Universale, Et ad 1.um incommodum negatur idem bis poni. quia totum illud prædicari de pluribus differentibus specie loco unius proprietatis, ponitur atq ita prædicari de pluribus, non accipitur ut qd distinctum ab alijs partibus. Ad 2. v.o incommodum dr. voluisse Porphyrium individua reijcere per particulas expressè in definitione positas, Jam v.o Universale non ponitur expressè in definitione. Reijcit igr ea per prædicari de pluribus.

Respond. 2.do Probabiliorem ee sententiam eorum, qui dicunt loco generis poni hanc particulam (quod prædicatur de pluribus) tanquam nobis notiorem, Et illam ee sententiam Porphyrij patet: quia istam particulam paulò ante collegerat ex divisione eorum q prædicantur. Est a. Consuetudo in colligendis et comprobandis definitionibus, ut primum quæratur genus definiti, deinde illud ipsum dividatur, quoadusq definitio fiat propria rei q definitur. Ad incommodum obiectum respond: reliquas particulas verè prædicari de genere servata recta locutionis ratione; ut si dicatur. Genus est, quod prædicatur de plurib. differentibus specie. Verum ea q adduntur ad servandam rectam rationem loquendi, non sunt repetenda, posita prius illa particula, q generis locum obtinet, quia sine illis rectæ locutionis ratio servatur. Vid. Conimb. hoc loc. c. de genere q. 1. art. 1.

Notandum bene.

Dubium 2.dum

Quid illis verbis (differentibus spe) significetur?

Vis huius dubij in eo potissimum sita est ut ostendatur quod nam sit adæquatum correlativum generis. Ad quod dubium breviter respond. Speciem proximam, individuum autem remotum generis correlativum ee. Ratio huius respons:

quia genus de specie dici non pt, quin consequenter etiam prædice-
tur de individuis. Per particulam igr (differentib. specie) in-
telliguntur tam species ipsæ diversæ, quàm individua conten-
ta sub illis, sic tamen ut genus respiciat 1.° species, ydarò in-
dividua sub specieb. contenta, Color n. simpliciter est ge-
nus respectu albedinis, respectu aut. huius aut illius albedi-
nis non item, nisi quatenus continetur sub albedine.

QUÆSTIO 4.ta

Quid sit Prædicari in Quid. Prædicari in Quale essentialiter. et Prædicari in Quale accidentaliter?

Porphyrius à posteriori dicit. Hoc Prædicari in Quid, q
aptè respondet interroganti, Quid est? ut aut. sciamus causam
ipsam et veram rationem cur aliquid prædicetur in Quid, vel in
Quale essentialiter, vel in Quale accidentaliter.
Notandum ex 7. Metaph. c. 4. substantiam aut
solam, aut 1.mo et simpliciter habere quidditatem.
Unde colligitur id Prædicari in Quid, quod ad modum sub-
stantiæ, Prædicari in Quale, quod ad modum qualita-
tis prædicatur. Modus a. substantiæ est per se sub-
sistere, seu nulli subiecto inhærere. Modus a. qualita-
tis est, adiacere alicui subiecto.
Prima Conclusio. Prædicari in Quid ea dnr, q signi-
ficant aliquid ad rei essentiam pertinens ad modum substan-
tiæ. Sic genus et species prædicantur in Quid, quia signi-
ficant totam rei essentiam, hæc complete, illa incomplete,
idq ad modum substantiæ, non ad modum adiacentis.
Ida Concl: Prædicari in Quale essentialr illa dnr,
quæ significant aliquid ad essentiam rei pertinens, ad mo-

dum qualitatis: dar autem Prædicari in Quale, pp modum significandi. In Quale u.° essentialiter pp rem significatam, q est de essentia illius, de quo prædicatur.

3.tia Concl. Illa prædicantur in Quale accidentaliter, q neq ipsam rei essentiam totam, neq eius partem formaliter significant, nec ad modum substantiæ enunciantur, et hoc convenit proprio et accidenti.

Contra 1.mam Conclus. obijcitur. Quod e veluti forma et qualitas, potius prædicatur in Quale, quam in Quid. Sed genus est veluti forma et qualitas suarum specierum. g.° genus prædicatur potius in Quale, quam in Quid. Probr. minor ex 2. Phys. c. 3. ubi dicit Artes Partes definitionis ee quasi partes definiti; Genus autem est pars definitionis. g.° genus est quasi forma. Respond. ad maiorem. Non quidquid se aliquo modo habet ut forma prædicari in Quale, sed illud tantum, quod ita est forma, ut significetur per modum Adiacentis. Quo quidem modo Artes loc. cit. Genera et species non appellavit fras, sed partes definitionis dicit ee quasi formas, quia aut dant rei definitæ suum ee, aut quia per eas definitum cognoscitur, quorum utrum formis convenit, per formas n. res et sunt et cognoscuntur.

Contra 2dam Conclus. sic obijcitur Artes 2. Top. c. 3. dicit differentias prædicari in Quid. g.° non prædicantur in Quale? Respond. Artem locutum fuisse de differentia non per se accepta, ut nos eam hoc loco sumimus, sed posita in definitione. Quare cum tota definitio prædicetur in quid, etiam differentiam dicit prædicari in Quid. Obijcitur 2. Etiam accidens prædicatur in Quale quid. g.° in quale essentialiter. Ans Porphyrii est. Contia u.° probr. quia Authores Qualitatem essentialem istis verbis (Quale quid) exprimere solent. Rs. Cum dicimus Quale quid, est corpus, illud

Ratio pulchra.

quid non petere naam, sed idem ee, ac si diceretur, Quale ens e corpus.

QUAESTIO 5.

Utrum Genus per hanc particulam Praedicari de plurib. specie differentibus in quid recte distinguatur à specie.

Quod non recte distinguatur sic probari pt. Si propterea genus et species essent duo praedicabilia, quia illud de plurib. specie, haec de plurib. numero differentib. hoc ipso quid est, praedicatur, sequeretur eadem ratione differentiam specificam et genericam. Item proprium genericum et specificum, genericum quoq accidens et specificum ee duo praedicabilia. Sed hoc absurdum est, ut patet. g.o et illud.

Si dicas Porphyrß tempore differentias specificas etiam fuisse n in usu. Contra obijcitur saltem propria et accidentia generica satis usitata fuisse, et deinde nunc rei veritate perspectâ diversa praedicabilia constituenda ee.

Notandum duo ee ex quib. distinctio praedicabilium udr desumi posse. Alterum, quod praedicentur de plurib. vel specie vel numero differentibus. Alterum quod praedicentur in quid vel in quale.

Conclusio 1.ma praedicari de plurib. solo numero, Et praedicari de plurib. specie differentib. non sunt differentiae ex quib. distinctio praedicabilium praecipuè constituatur. Probr. quia in omnib. Universalib. praeterquam in gne sunt aliqua, q immediatè de solo numero differentibus dnr. V. g. In differentia rationale. In proprio risibile. In accidente musicum ee. In specie Homo. Quae omnia de singulis hominib. et quidem solis solo utiq numero differentib. dnr. Et in omnibus praeterquam in specie sunt aliqua, quae de specie differentib. dnr, ut Animal in genere,

In differentia sensibile. In proprio item sensibile. In acciden-
te Album. Quæ omnia de homine et bruto prædicantur.

Conclusio 2. Genus et Species recte distinguuntur ab alijs
omnib. prædicabilibus, hoc ipso, quod hæc duo in Quid. Illa
verò in Quale prædicentur.

Conclusio 3. Genus et Species non solum sdm ea, de quibus
prædicantur, sed etiam secundum suum modum prædicandi
à se invicem distinguuntur: quia genus prædicatur in Quid
incompletè, Species verò in Quid completè. Pro quo

Notandum omnia Universalia aliquo modo significare totum illud
de quo prædicantur (alioquin n. in recto prædicari non possent) sed
modo diverso, nam Species significat totam naam humanam com-
munem, et propterea dr completè prædicari. Genus autem et
differentia eandem naturam totam significant, partim impli-
citè seu connotativè, partim explicitè seu formaliter. Animal
n. explicitè naam sensitivam, implicitè naam rationalem sig-
nificat.

communem explicitè sive expressè. v. g. homo significat totam naturam

Contra Rationale naam rationalem explicitè, sensitivam n. implici-
tè seu connotativè significat, et propterea dr prædicari in-
completè. Proprium n. et Accidens nec completè nec incomple-
te prædicantur. Quamvis n. connotativè significent totum
de quo prædicantur, tamen nec ipsam essentiam, nec essentiæ
partem exprimunt, sed tantum significant formaliter expressè
aliquod Accidens toti inhærens.

Ex his patet solutio ad Argtm. Nam genus et Species prop-
terea constituunt diversa prædicabilia, quia etiam distinguun-
tur secundum modum prædicandi, quod de reliquis Universalib.
dici non pt. Nam utraq differentia prædicatur in Quale
essentialiter incompletè, Utrumq proprium in Quale acci-
dentaliter necessario, sed nec completè nec incompletè. Et u-
trumq Accidens similiter neq complete neq incompletè prædi-
catur in Quale accidentaliter et contingenter.

CAPUT 2.dus
DE SPECIE.

Tres sunt huius Capitis partes. In 1.ma duas Speciei acceptiones, cuiusq aliquot definitiones tradit. In 2.da prædicamentorum ordinem constituit. In 3. definit et dividit individuum. Sumitur a. Species 1.mo pro cuiusq forma, id est pulchritudine, quam Cic. definit Aptam Figuram membrorum cum coloris quadam suavitate. 2.do pro eo quod sub assignato genere collocatur. Cuius prima definitio hæc est. Species est id, quod subijcitur generi, et de qua genus hoc ipso quid est prædicatur. Altera. Species est id, quod de plurib. differentibus numero hoc ipso quid est prædicatur. Quarum hæc specialissimè soli Speciei, illa prior etiam sub alternis Speciebus convenit in secunda parte dicit, In unoquoq prædicamento contineri quædam generalissima genera, quædam specialissimas Species, et quædam media genera. Hæc ita dividit, ut generalissimum genus sit illud, super q nullum omnino genus transcendit. Specialissima vero Species sub qua nulla alia prorsus Species collocatur. Media demum genera, quæ respectu diversorum et genera et Species esse possunt. Deinde in prædicamento substantiæ ordinem prædicatorum hunc ostendit. Quo exposito duas rursus generis generalissimi definitiones addit. Quarum Prior hæc est. Generalissimum genus est, quod cum genus est, non est Species. Posterior eadem est cum illa, q paulo ante data est.

genus generalissimum
Species specialissima
Media genera.

Tres item definitiones Speciei specialissimæ ponit. Quarum 1.ma est Species specialissima est, q cum sit Species, non est genus, 2. quæ cum sit Species non dividitur in Species. 3.tia quæ

prædicatur de plurib. numero differentib. hoc ipso Quid est. Unam quoq generis medij definitionem tradit, illam nimirum, quæ ante data fuit. Demum postquam ostendit Eos ad 10. genera non esse uniuocum, obiter colligit, quid sit sentiendum de numero generum summorum, specierum summarum, et Individuorum, docetq genera summa hoc tantum ee species infimas certo quidem ac Nobis incognito numero contineri, Individua vero infinita ee. His omnib. duas prædicandi regulas subnectit. Quarum Prior hæc est, Ut omnia genera de suis speciebus prædicentur: Species de suis generib. minimè Probr. quia aut paria de paribus. Aut maiora de minoribus prædicantur: Nunquam autem inferiora de superioribus. Posterior est de quibuscunq species prædicantur, de his etiam speciei genus et generis genus usq ad generalissimum necessario prædicatur. In Tertia parte. Trimembrem individui diuisionem sub nexis exemplis insinuat, ut scilicet diuidatur in Individuum determinatum. in Individuum ex demonstratione Et in Individuum ex hypothesi. Definit autem Individuum Eplr. 1mo Individum est, quod de uno solo parti dr. 2. Individuum est, quod ex proprietatibq constat, quarum idem aggregatum nunquam in alio fiet.

QVÆSTIO. I.ma

Quomodo ea, q Porphyrius de specie tradidit, intelligenda sint?

Species in significatione Logicâ Eplex est. Subycibilis et Prædicabilis. Prior sic definitur. Species est id, quod sub assignato genere collocatur. Item, quod

subycitur generi, et de quo genus hoc ipso Quid ē p̄dicatur. Posterior verò sic: Species est id, quod de plurib. numero differentibus hoc ipso Quid est prædicatur. Circa has definitiones tria sunt dubia.

DUBIUM I.um

Quales sint istæ speciei subycibilis definitiones.

R. 1.mo quod attinet ad institutum Porphyrij ēē quid nōis, si verò secundum se consideretur ēē essentialem alq hoc modo declarandam. Species est pars Universalis, quæ essentialiter sub genere collocatur. In qua definitione dictio Pars, excludit ea omnia, quæ pars non sunt, ut lapidem, lignum & respectu Aīalis. Per particulam Universalis, reyciuntur individua, q̄ sunt partes singulares. Per particulam essentialiter, excluduntur differentiæ, quæ in generis essentia non continentur, Quamuis autem in hac definitione ponatur particula, Universalis, non tamen existimandum est, hūc speciem explicari quatenus est Universalis aut prædicabilis, sed quatenus subycibilis. propterea n. pro genere posuimus partem, pro differentia sub genere essentialiter collocari. R. E. 2.dam definitionem ēē accidentalem quæ sic p̄t explicari, Species est pars Universalis, quæ generi subycitur in prædicatione essentiali. Et probr. quia traditur proprietatem quandam videlicet subyci in prædicatione, quæ proprie et ex ipsius speciei essentia, quæ est subyci, in recta serie prædicamentali, ex eo n. q. homo subyciatur animali in recta serie, efficitur ut ei subyciatur in prædicatione.

DVBIVM. 2.

Qualis sit definitio speciei prædicabilis.

R. ee accidentalem et bonam, atq eo modo intelligendam quo exposuimus definitionem generis, attendæ sunt tamen duæ particulæ exclusivè ut tota definitio sic habeat. Species est id, quod tantum de plurib. solo numero differentib. hoc ipso Quid est prædicatur. Additur a. (tantum) ut excludatur genus: quia Animal V. g. prædicatur de Socrate et Platone, qui solo numero differunt, sed non tantum prædicatur de illis, verum etiam de Bucephalo, qui specie à Socrate et Platone differt. Additur præterea (solo numero) ut idem genus reijciatur; Quia Animal tantum prædicatur de hominibus et brutis, quæ differunt numero, sed non solo numero, quia etiam differunt specie. Alij reijciunt particulam, tantum, et loco eius ponunt immediatè, per quam excludunt genus, quia non prædicatur immediatè de differentib. solo numero. Si qs a. essentialem definitionem speciei prædicabilis desiderat, ea sic poterit assignari. Species est id, quod aptum est inesse ijs tantum pluribus, q̃ solo numero differunt.

DVBIVM. 3.

Vtrum sola entia completa intelligantur, quando dr̃ de pluribus differentib. numero, an verò etiam incompleta.

Vocatur hic Completum ens, quod perfectum ē, et in aliqua Categoriæ serie directè collocatur. Incompletum verò, quod vel indirectè, vel reductivè ad Categorias pertinet. Sunt igitur, qui existimant utraq intelligi, et illi suam

sententiam sic probant. Si particula de plurib. differentib. solo numero significet sola entia completa, eadem quoq ratione particula quod praedicatur, significabit sola entia completa. Sed hoc falsum est. q.o et illud ex quo sequitur. Probr. minor quia omnes fatentur, etiam differentias, quae sunt etiam completa verè praedicari. Alia sententia est Caietani videlicet sola entia completa intelligi, eaq proprie species appellari, quòd a. etiam incompleta dicantur species, ea nimirum, q per modum speciei praedicantur, id improprie fieri dicit, latius scilicet speciei vocabulo accepto. Probr. ista sententia quia sola entia completa simpliciter dicuntur plura entia. Incompleta verò nec proprie sunt entia nec plura entia, sed tantum modo entia secundùm Quid.

R. 1.mo absolutè loquendo non minus entia incompleta verè et proprie species esse, quàm entia completa. Probr. Quia praedicari de plurib. differentib. numero in Quid tam incompletis convenit, quàm completis. Sic materia sublunaris praedicatur de omnibus materijs sublunaribus, quod etiam de forma proportionali dicendum est.

Probr. 2.do Si propterea constituenda est alia intentio speciei Entium completorum, et alia incompletorum, quòd illa simpliciter entia sint, haec autem Sdm Quid; oportet q̃q aliam speciei intentionem esse, quae convenit substantijs, et aliam q convenit accidentibus, cùm substantiae sint entia simpliciter. Accidentia verò entis entia, vel entia Sdm Quid.

Ad Argtm v.o pro sententia Caietani allatum. Respond. nihil referre ad intentionem speciei, completane sint entia, quae praedicantur, et de quib. praedicatio fit, an incompleta. R. 2.do Porphyrium videri vocabulum speciei stricte sumpsisse

et suam definitionem tantum de entib. completis illexisse. Prob. 1.mo quia omnia Porphyrij exempla sunt entia completa. Probr. 2. quia institutum Porphyrij est tradere institutionem ad Artis Categorias, in quib. proprie sunt sola entia completa, reliqua vero indirecte vel reductive in illis ponuntur.

Ad Argtm 1.mae sententiae respond. Negando maiorem. diversissima n. est ratio inter subiecta incompleta, et praedicata. V. g. differentias. 1.mo quia illa nec directe nec indirecte ad Categorias pertinent, sed reductive tantum pertinent: differentiae vero in ipsa Categoriarum serie ponuntur licet indirecte. 2.do quia illa nec significant, nec connotant completa entia, nec completis in praedicatione Universali subjiciuntur: Differentiae vero et connotant entia completa, et de completis dicuntur.

QUAESTIO 2.da

Continentur hac quaestione quaedam dubia circa secundam partem huius Capitis occurrentia.

DUBIUM I.

Qua ratione genus dicatur magis collectivum quam species.

Ad Eplr dici aliquid magis collectivum. 1.mo Extensive. 2.do Intensive. Extensive magis collectivum dr, quod sub se plura continet. Intensive, quod magis et perfectius unit ea, quae sub se comprehendit. Priori igitur modo dr genus magis collectivum. V. g. Animal, quia ad plura se extendit, quam species, videlicet homo, quia non tantum omnes homines, ut hoc, sed etiam omnia bruta comprehendit. Posteriori modo dr species aliquid magis collectivum ee, quam Genus V. g. homo quam animal, quia natura eius magis est una, partim quia in dive,

eas species non diuiditur, sicuti genus, partim etiam, quia minus differunt individua, quæ sub una specie comprehenduntur, quàm sub genere. Nam illa solo numero, hæc autem specie differunt.

DVBIVM. 2.dum

Num individua habeant locum in serie prædicamentali?

Ratio huius dubij est, quia Porphyrius enumerans ea, quæ in serie aliqua prædicamentali ponuntur, videlicet genus summum, genera media, et species infimas non facit mentionem individuorum. Ac licet ita se se id habeat, tamen non ideo reijcienda esse individua à serie prædicamentali. Et ratio est, quia per se sub speciebus infimis collocantur, ut Petrus et Joannes sub homine, hæc albedo et ista albedo sub albedine: Eorum autem mentionem hoc loco non fecit Porphyrius, vel, quia certo numero non comprehenduntur, nec propriè sub scientiam cadunt, vel, quia hic de serie prædicamentali agebat ad intelligenda genera et species.

DVBIVM. 3.

Quomodo dicat Porphyrius plures homines esse vnum hominem.

Ac non simpliciter, sed cum hoc additamento dicere Porphyrium plures homines esse unum communicatione speciei videlicet, ut sit sensus: Plures homines secundum naturam et essentiam hominis communem, esse unum, id est, non distingui; Nam singulares homines, ut Petrus, Paulus in conceptu et essentia hominis communis non habent ullam diuersitatem aut distinctionem, sed solum distinguuntur suis differentijs individuantibus.

Eadem quoq ratione species, ut homo, et brutum dnr esse unum genere, quia in suo genere videlicet Animali, vel sdm naam et essentiam Animalis nullam habent diversitatem seu distinctionem, sed solum differunt suis differentijs constitutivis raõali videlicet et irrationali.

DVDIVM. 2.

Quo pacto genus sit totum. Individuum pars, species vero totum et pars.

R. Totum ee rplex. Universale seu potentiale et Actuale. Similiter et Partem ee rplicem. Aliam subiectam seu potentialem. Aliam Actualem sive essentialem. Genus g.o est totum potentiale et species est pars essentialis ipsius generis: quia genus continet potentia sua suas species tanquam subiectas partes. Est etiam species totum Universale respectu individuorum suorum. Individuum a. pars tantum est potentialis et non totum cum nihil sub se contineat, et hoc modo intelligendus est Porphyrius, alioquin species est etiam totum actuale respectu generis tanquam partis eius actualis seu essentialis, cum species componatur ex genere et differentia, tanquam ex partibus essentialibus Metaphysicis.

QVAESTIO. 3

Vtrum species in uno individuo et genus in una specie possit conservari?

Intentiones specie et generis non conservari in fundamentis, sed in intellectu ubi existunt, obiectivè certum est. Quæ

ritur g.° de rebus quæ denominantur species et genera, ut sensus sit. An diceretur species et genus existere, si existeret tantum unum individuum alicuius speciei, vel una species alicuius generis.

Prima Conclusio Speciem in uno individuo conservari poe consentiens omnium sententia est. Probr. quia species natura in se perfecta est, nec ullam in individuis perfectionem, sed solam multiplicationem numericam accipit, sic tamen, ut in singulis æquè perfecta sit naa speciei atq in universis. Quæres igr. Cur species dicatur de plurib. numero differentibus prædicari? Respond. Id non propterea fieri, quod actu debeat de plurib. prædicari, sed quia ei quatenus species est, et à singularibus abstracta n repugnat de plurib. prædicari, ita ut prædicari non significet actum, sed aptitudinem.

Secunda Conclusio Res quæ denominantur genus secundum ea, quæ illi ex sua naa conveniunt pt in una specie conservari, V. g. Homo pt ee Animal, et sensitivus, et Corpus animatum, etsi nullum brutum in rerum natura existat. In hac etiam conclusione nulla est difficultas, quia eâ ratione animal, nec Universale nec genus est.

Tertia Conclusio Si omnes species alicuius generis una tantum excepta corrumperentur, natura generica in una specie posset conservari.

Probr. 1.mo Res quæ denominatur genus hominis est aial, sed existere solo homine existit animal. g.° et res, quæ denominatur genus.

Probr. 2. Si nullum esset brutum, eadem est huius enunciationis prædicatio (homo est Animal) quæ nunc est. At nunc est generis de specie. g.° et tunc esset.

Probr. 3. Genus ex eo, quod concipitur sine differen-

tijs specificis habet tantum non repugnantiam ad plures species. Haec autem non repugnantia pt conservari in una specie et tantum fit per operationem intellectus. g.° etiam genus in una specie conservari pt.

QVAESTIO. 2.

Notandum. Individuum bifariam accipi, videlicet pro prima intentione. Et pro secundâ intentione objectivâ. Si 1.mo intentionaliter sumatur, nihil est aliud quam ipsa res quae est singularis secundum se ut Petrus, Paulus. Si 2.do intentionaliter accipiatur, significat rem singularem, quatenus hanc proprietatem intellectus consequitur, quòd de uno praedicetur, vel quòd non possit in inferiora dividi, et sic acceptum variè potest definiri.

Primo idem respectum quem habet ad suam speciem, definiturq essentialiter hoc modo. Individuum est particulare, quod subjicitur infimae speciei. Accidentaliter verò hoc modo. Individuum est singulare, quod subjicitur infimae speciei in essentiali praedicatione.

Secundo iuxta respectum quem habet ad id, de quo praedicatur. definitur essentialiter, quòd sit illud, quod inest uni tantum. Accidentaliter verò definitur ēē id, quod de uno solo particulari praedicatur. Item, quod ex proprietatibus constat, quarum abnegatum nunquam in alio idem fiet.

Obijcitur 1.mo Arlēs 7. Metaph. c. 15. dicit singularium non ēē definitionem. g.° individuum non pt definiri. Respon. Arlem loqui de fundamentis individuorum, non de intentione individui, q̄ cum Universalis sit, et de hac vel illa intentione praedicari possit, potest etiam definiri non minus quàm intentio generis et speciei.

Obijcitur 2.do Individuum est quoddam privativum, quia significat idem, quod indivisum, vel non divisum in plura, de quib. prædicetur. g.o debuit per aliquam negationem definiri v. g. per non prædicari de plurib. quemadmodum Artes definit 1. de Interp. c. 5. Respond. Individuum ee et privativum et positivum. Privativum quatenus non est divisum in plura in quib. sit, et de quib. prædicetur. Artes igr. ut privativum, Porphyrius ut positivum definivit. Uterq bene. Quanquam Porphyrius etiam illud ut negativum definivisse videtur, dum dicit: Quod de uno solo prædicatur: ut sit sensus. Individuum est, quod ita prædicatur de uno, ut non possit prædicari de pluribus.

Hactenus explicavimus quid sit Individuum; quod iam affinet ad divisionem individui omnes concedunt 3plex ee Individuum, videlicet determinatum, quod aliquo proprio nomine significatur, ut Petrus. Ex demonstratione, quod videlicet significatur aggregatione nominis communis, et pronominis demonstrativi, ut hoc album. Et ex hypothesi, quod cum per se plurib. convenire possit, ex suppositione tamen rem unam singularem significat, ut Filius Lophronisci, significat Socratem; si Lophroniscum unum tantum filium habuerit.

Hisce individuis ex probabiliori sententia adjiciendum videtur Individuum vagum, quod rem unam, sed eam incertam et indeterminatam significat; Ut quidam homo. De quo si quæras utrum Porphyriana definitione contineatur. Respond. quod sic: cum re ipsa de uno solo, quamvis indeterminatè prædicetur.

CAPUT 3.
DE DIFFERENTIA.

Duæ sunt huius Capitis partes. In quarum Priori quinque differentiæ divisiones proponuntur: In Posteriori totidem eiusdem definitiones.

1.ma divisio est hæc: Differentia ē ꝫplex: Communis Propria et maximè propria. Communis est, qua quidpiam quovis modo aut à seipso, aut ab alio differt. Propria est accidens inseparabile, quo unum differt ab alio. Maximè propria est, quo unum ab alio essentialiter et specificè differt.

2.da divisio quædam differentiæ faciunt diversum per accidens, ut Communes et Propriæ, quædam faciunt diversum per se sive aliud, ut differentiæ maximè propriæ.

3.tia divisio. Differentiarum aliæ separabiles sunt, videlicet Communes, Aliæ verò re ipsâ inseparabiles, videlicet Propriæ et maximè propriæ.

4.ta divisio. Inseparabilium differentiarum aliæ sunt per se, ut differentiæ maximè propriæ, quæad rei essentiam et naturam pertinent. Aliæ per accidens, ut propriæ, quas duplici discrimine inter se Porphyrius distinguit. 1.mo quod inseparabiles per se faciant dr̄sum in substantia. Inseparabiles per accidens in accidente tantum. 2.do quod inseparabiles per accidens suscipiant magis et minus, id est prædicentur cum adverbijs magis et minus. Inseparabiles per se minime, eo quod spectent ad essentiam rei, quæ eadem semper est, ut patet ex Arte 8. Metaph. c. 5.

et 6. Top. c. 3.
5. divisio. differentiarum inseparabilium per se aliæ sunt per quas in species genera dividimus: Aliæ, per quas ea, quæ sunt divisa, constituuntur, hoc est Aliæ sunt divisivæ, aliæ constitutivæ. In Posteriore parte Capitis quinque differentiæ definitiones enumerantur.
1.ma definitio. Differentia est, qua species genus excludit.
2. differentia est id, quod de pluribus differentib. specie hoc ipso quale quid est, prædicatur.
3. differentia est id, quod suapte nãa ea, q̃ sunt sub eodem genere separat.
4. differentia est id, quo singula differunt, intellige essentialiter.
5. differentia est, quod ad substantiam rationemq. id est definitionem confert, et quod pars eius est rei, cuius differentia dr ee.

QUÆSTIO I.ma

Qua significatione hic agatur de differentia?

Differentia proprie significat relationem inter res quæ differunt. Cum n. differens quatenus differens relativum sit ad aliud differens, et dr ut differentia, per quam res aliqua differt ab alia, sic relatio quædam sicut et similitudo per quam res una dr alteri similis. quamvis autem hoc nomen differentia, re vera sit abstractum significans relationem, qua res dñr differentes, et concretum habeat differens, tamen in hoc capite sumitur ut nomen concretum significans formaliter secundam intentionem

differentiæ et connotans formam, in qua fundatur intentio.

QUÆSTIO 2.

Verum verum sit quod dicit Porphyrius differentias inseparabiles per se non intendi, nec remitti, differentias autem inseparabiles per accidens suscipere intensionem et remissionem.

Id verum esse probat Porphyrius 1.mo Genus nec intenditur nec remittitur in specie quam constituit. g.o nec differentia. Probr Contia quia utriusq par est ratio, cum utrumq sit de essentia speciei. 2. Differentia ponitur per se in essentiali definitione speciei. g.o nec intenditur nec remittitur. Probr Contia, quia naa quæ definitione explicatur consistit in indivisibili, teste Arte 8. Metaph. c. 5. t. 10. non quod in partes suas essentiales et metaphysicas dividi non possit, sed quia nihil aut potest addi illi, aut tolli, qn statim naa ipsa mutetur, ut probat Artes exemplo numerorum loc. cit. In contrarium sic

Obycitur 1.mo Unus homo magis aptus est ad ratiocinandum quam alius. Sed ratiocinari præsupponit rationalem esse. g.o unus homo est magis rationalis, quam alius, et per consequens differentia inseparabilis per se, intenditur et remittitur.

Obycitur 2. Risibile est differentia inseparabilis per accidens, et tamen non intenditur neq remittitur. g.o falsum est differentias separabiles per accidens intendi et remitti.

Obycitur 3.tio disgregativum unius esse est differentia inseparabilis per se et tamen suscipit magis et minus. Nix n.

magis disgregat visum, quam paries albus. His tamen non obstantibus respondetur Utrumq ce verum scilicet inseparabiles per se nec intendi aut remitti. Inseparabiles autem per accidens suscipere intensionem et remissionem.

Ad 1.mam itaq rationem respond. quod unus homo ad raciocinandum aptior sit quam alter id n. fieri propterea, quod unus alio magis rationalis sit, sed propter complexionem Corporis; quia scilicet vel molliores carnes habent, vel aptiora Organa, vel quia sanguinei aut Colerici sunt: Haec n. omnia prout melius et perius in aliquo disposita sunt, ita promptius vel impeditius utitur facultate raciocinandi, q tamen in omnib. aequalis est.

Ad 2.dam respond. Porphyri divisionem non ita intelligendam esse, quasi omnis differentia per accidens inseparabilis, suscipiat magis et minus, sed hoc tantum velle Porphyrium, quod differentijs inseparabilibus per se, quatenus sunt per se, repugnet intendi aut remitti. Inseparabilib. autem per accidens, quatenus per accidens non repugnet intendi aut remitti, quamvis earum n. nullis ob aliquam aliam caam nonnunquam id repugnet, ut proprijs passionibus, q necessario et sine ullo impedimento à Speciei natura fluunt. Item quantitatem figuris et multis relationibus ita ut in eo harum differentiarum constituatur discrimen, quod nulla inseparabilis per se possit intendi, aut remitti, aliquae autem inseparabiles per accidens possit.

Ad 3. respond. quamvis differentiae cum illis collatae quorum sunt differentiae, id est, de quibus essentialiter praedicantur in Quale non possint intendi aut remitti, posse tn eas intensionem et remissionem suscipere, si referantur ad aliud. V. g. ad ipsum subiectum, quo pacto, quia albedo

recipit magis et minus in nive, cum nix dicatur magis et minus alba, etiam differentia inseparabilis per se recipit magis et minus, non respectu albedinis, cuius differentia est, sed respectu nivis.

QUÆSTIO 5.

Quomodo species excedat genus differentia?

Communis omnium opinio est, speciem excedere genus differentia, quia species differentiam actu continet tanquam partem suæ definitionis et quidditatis. Genus autem differentiam continet potestate, quia non includit eam in sua definitione, sed continet eam (ut ait Dominicus de Soto) in genere tanquam materia ad similitudinem rei artificialis. Sicuti enim scamnum vel cathedra non fit ex quadam materia V.g. non ex butyro sed ex ligno, ita rationale V.g. non informat quodam genus immediatè, sed animal. Caietanus dicit genus potestate continere differentias, quia hæ ab illo nascuntur, non quod in eo prius latitantes tandem prodeant, sed quod ad proprias actualitates distinctè et perfectè contrahas à genere originem trahunt, id est, ut interpretatur Tolet. quod differentiæ à genere fluant, sicut à cera extrahitur forma alicuius imaginis. Potest etiam dici et fortè clarius differentias potentiæ contineri in suo genere, nihil aliud esse, quam differentias pendere à genere, tum ut sint, tum ut intelligantur; quemadmodum n. formæ nudæ nec esse, nec intelligi possunt (anima rationali excepta) sine materia à qua dependent, sic etiam differentiæ sine genere nec esse, nec intelligi aut definiri possunt.

Objices Hæ propositiones sunt simul veræ; Animal actu

essiccationale, q.° differentiæ plures et quædam oppositæ sunt actu non potestate tantum in genere. Respond. quando differentiæ oppositæ dicuntur esse in genere duob. modis id posse intelligi: Vel per modum inclusionis; Vel per modum Coniunctionis habere differentias oppositas. Per modum Inclusionis est includere eas in essentia sua Et eo modo genus nec unam quidem differentiam habet actu. Per modum Coniunctionis habere differentias oppositas est coniungi rem aliquam cum formis oppositis, ita tamen ut illæ formæ non sint de essentia eius rei, cui coniunguntur. Quo modo quavis singulare aliquid individuum opposita simul habere n. possit (non n. pt idem Corpus simul numero et frigidum et calidum esse, nec idem aial singulare rationale simul et irrationale) tamen idem aliquid quod sit genere aut specie actu habere pt simul opposita. Ut n. homo actu est niger et alleg simul, quatenus humana nãa est in quibusdam individuis albis, et in quibusdam individuis nigris, sic animal est rationale et irrationale simul actu, quatenus in homine actu coniungitur rationali, In bruto irrationali.

Hac distinctione supposita dicimq, Argtm nihil contra nos facere, tantum n. probat oppositas differentias actu ee in Animali per modum Coniunctionis, quod concedimq; Negamus a. illam differentiam ee in animali per modum Inclusionis.

QVÆSTIO 8.

Vtrum bene definiatur differentia, quando dr ee id, quod de plurib. differentib. specie hoc ipso quale quid e prædicatur?

Notandum. nullam aliam ee, quæ explicet quid sit diffia

quatenus est 3.tum prædicabile, quàm istam. Nam in cæteris definitionibus explicatur differentia secundum quasdam alias proprietates, quas habet V. G. dividere genus, constituere speciem, efficere ut ipsæ species differunt inter se.

Conclusio definitio hæc descriptiva est et bona. Obyci-tur; hæc definitio non convenit omnibus differentijs. q.o est mala. Probr Ans. quia ultimæ differentiæ de una tantum specie prædicantur non de pluribus. Omissis aliorum solutionibus quas videre est apud Toletum, respond. Definitionem datam de solis differentijs genericis assignatam esse. Porphyrium aut. ultimas differentias hoc capite nusquam definijsse vel quia credidit nullas esse, vel quia occultæ sunt, vel quod tunc temporis rarior fuerit illarum usq. Obycies. Porphyrius meminit aliquoties specificarum differentiarum hoc cap. q.o malè dicitur eum credidisse nullas esse differentias specificas. Respond. Porphyrium per specificas differentias illas intellexisse, quæ revera sunt genericæ. Appellasse autem specificas, non quòd infimam speciem, sed quod subalternas species constituat.

Quæres. Possetne aliqua dari definitio, quæ omnib. differentijs tam genericis, quam specificis conveniat. Respond. posse dari, et quidem tam essentialem quàm descriptivam. Essentialis hæc est. Differentia est id, quod aptum est esse in plurib. essentialiter, in ipso quale quid est. Descriptiva est ista. Differentia est id, quod aptum est prædicari in ipso quale quid est essentialiter.

QUÆSTIO 5

Quomodo affecta sit differentia ad ea, quibuscum in eodem prædicamento ponitur?

Notandum Quinq esse in eodem prædicamento cum diffia posita quibussum ea conferri pt. 1.um est genus quod dividit. 2. Species quam constituit. 3. Communes differentiæ si quas habet. 4. Differentiæ minus communes. 5. ea quæ ponuntur sub specie quam ipsa constituit. Quod ad 1.mum attinet, si conferatur differentia cum genere quod dividit, tria sibi vendicat. Primò ut potentia sit in ipso genere. Secundò ut ipsum dividat. Tertio ut aliquo modo de ipso prædicetur. Quomodo in genere potentia sit quæst. 3. supra dictum est. Dividere autem genus est, ipsum in partes integrantes vel essentiales distribuere, sed eiq partem constituere; Cùm n. natura generis, ut Animalis n. habeat repugnantiam, ut dividatur in quasdam species V. g. in hominem et brutum per divisionem efficitur ut illa non repugnantia dirimatur. Animalis n. natura quatenus contracta est per rationale, eam habet repugnantiam, ut dividatur in hominem et brutum; eodemq modo quatenus contracta est per irrationale, quanquam secundum se (quod 3. quæst. de Universalib. diximus) nunquam habet eiusmodi repugnantiam.

De prædicatione aut. differentiæ respectu generis hoc 1.mum dicendum est, eam esse essentialem seu directam. Erit a. prædicatio alicuius prædicabilis de suo subycibili, si genus Animal videlicet sumatur personaliter, id est pro individuis, de quib. rationale prædicatur, et si quis dicat, Animal esse rationale, accepto animali pro Socrate et Platone. Erit n. prædicatio differentiæ prædicabilis de suis subycibilib. Quod si animal sumatur simpliciter pro animali in communi non erit prædicatio prædicabilis de suo subycibili, quia Animal in communi non minus latè patet, quàm rationale:

Prædicabile a. dr respectu subjecibilis, id est, minus latè patentis. Quod verò generi non subjiciatur essentialiter differentia seu quod idem est, quod genus non prædicetur de differentia dividente, docet Artes 6. Top. c. 3. si n. prædicaretur, multa animalia de homine prædicarentur, Cum n. in definitione hominis ponatur animal rationale, si animal prædicaretur de rationali essentialiter Animal bis poneretur in definitione hominis, semel quidem ratione sui ipsius, et iterum per rationale. Nam loco cuiuscunq particulæ in definitione licet ponere eius definitionem. Præterea differentiæ essent species, aut individua eius generis cuius dicuntur ee differentiæ, ut si rationale esset animal, rationale esset species, aut individuum animalis, Unumquodq n. animalium, ut ait Artes, aut species aut individuum est. Quod ad 2.dum attinet, si differentia conferatur cum specie quam constituit, rursum tria sibi vendicat. 1.mo n. ipsam constituit. 2. facit illam excedere genus, et differre ab alijs speciebus. 3. de ipsa prædicabitur. Quod ad 1.mum attinet non est existimandum ex genere et differentia constitui speciem sicut ex duab realiter inter se distinctis (inter genus n. et differentiam tantum est distinctio rationis) sed sicut ex re aliter atq aliter intellecta, ut loquitur D. Thom. de ente et essentia c. 3. Genus n. V. g. Animal, totum hominem significat, et eundem totum significat rationale, sed diversa ratione. Anal n. hominem significat, quatenus habet naam sensitivam. Rationale, quatenus habet naam rationis participem, ita ut Animal Materiæ, Rationale formæ similitudinem habeat, n autem ut ipsa maa sit, aut rationale forma. 2.dum satis perspicuum est ex 3. quæst. quod ad 3.tum attinet, quando differentia prædicatur de sua specie, est prædicatio differentia prædicabilis de suo subjecibili, si spe-

cies nomen accipiatur personaliter, si verò acceptum fuerit simpliciter, nullius prædicabilis Porphyriani est de suo subjecibili, quia Species simpliciter accepta et sumpta reciprocatur cum sua differentia, et ita non minus late patet, et per Consequens hoc modo subjecibilis respectu differentiæ. Si verò differentia minus communis cum communiori conferatur, dicendum est eam subjici communiori in prædicatione per accidens et indirecta, ut si dicam: Rationale est sensitivum, cum n. aliqua duo quorum neutrum est forma alterius, sed utrumq alterius tertij de se invicem prædicantur est prædicatio per accidens. Iam v.º ita se se has duas differentias habere patet, quia sunt ambæ, quasi formæ unius tertij scilicet corpore animati. At verò cum differentia communior sit minus connotativa, quam differentia minus communis (sensitivum n. connotat corpus animatum, Rationale autem Corpus animatum sentiens) efficitur, ut minus communis differentia aliquo modo directè prædicetur de communiori, et ex consequenti communior de minus communi indirectè dicatur. Si verò differentia conferatur cum minus communib. et individuantib. differentijs, dicendum eam, quæ communior est prædicari per accidens et indirectè, ut cum dicitur sensitivum de rationali, et individuantib. differentijs pp rationes antea dictas, non negamus tamen si differentiæ conferantur cum suis inferioribus V. G. sensitivum cum hoc vel illo sensitivo. Rationale cum hoc vel illo rationali, esse Species et de illis directè prædicari. Postremò si differentiæ comparetur cum illis q ponuntur sub Specie, quam substituit, est respectu illorum tertium prædicabile, ut ante dictum est.

CAPUT QUARTUM.

DE PROPRIO

In hoc capite 4. Proprij significationes enumerantur. 1.ma Proprium est id, in collige prædicamentum accidentale, quod soli accidit speciei, et si non omni, id est, omnib. contentis sub illa specie. hoc modo proprium est homini ee grammaticum. 2. Proprium est id, quod omni accidit speciei, et si non soli, ut homini esse bipedem. 3. Proprium est id, quod soli accidit, et omni, non tamen semper, ut homini canescere. 4. Proprium est id, quod omnia in se continet, et soli et omni, et semper accidit, ut homini aptum esse ad ridendum. Cuius una proprietas est, quod convertatur cum sua specie. Circa hoc Caput

Notandum 1.mo Proprium accipi posse ꝛ ptr 1.mo quatenus distinguitur ab improprio, Quo modo homo pictus dicitur ee improprius homo, cuius verò proprius. 2. quatenus distinguitur à communi. Quo modo hominis proprium est risibilitas, quia risibilitas non est alijs communis, sed est solius hominis. Et hoc modo proprium dividitur hoc capite in 4. acceptiones sive modo, quæ divisio est analogi in analogata. Nam Proprium 1.mo et maximè dr de proprio 4.to modo. Proxime de proprio 3.tio modo. deinde de proprio 1.mo modo. Ultimo de proprio 2. modo. Magis n. ad naam proprij pertinet, quod soli convenit, quàm quod toti.

Notandum 2. Ex proprijs 2. modo qdam pertinere ad accidens 5.tum prædicabile, ut nigrum respectu Corvi. Quædam verò ad 4.tum prædicabile, ut nigrum videlicet, omnes proprietates 4.to modo generum. Si cum infimis speciebus comparentur, ut nutribile respectu hominis.

Notandum 3. ut propria 2.do et 3. modo toti speciei conveniant tollenda esse impedimenta, et ponenda necessaria, alioquin nec omnes homines bipedes sunt, ob materiæ videlicet vel

abundantiam, vel defectum, vel alterius causae inefficaciam. Nec omnes canescunt ob praematuram videlicet mortem.

Notandum 4.to Cum aliquid dr. semper convenire alicui duobus modis id fieri. 1.mo Contingenter, quo modo albedo Cygno convenit. 2. necessario quo pacto risibilitas homini competit. Omne proprium 4.to modo inesse semper necessarium, id est, ita ut proficiscatur et profluat ab essentia rei, quod insinuavit hoc loco Porphyrius cum dixit, Aptum ad ridendum, proprium esse hominis, quia illi semper est insitum. Hinc etiam per particulam (semp) excluditur accidens 5.tum praedicabile, quia non inest semper sicuti hoc loco accipitur, semper, id est necessarium.

Notandum 5.to Cum Porphyrius hoc loco nomine speciei intelligat speciem infimam, per speciem excludi proprium generale, quod si competit soli alicui generi toti et semper, ut sentire posse, nutriri posse et similia, q non conveniunt soli infimae speciei, cum etiam conveniant generi, et ex consequenti plurib. specieb. Non definivit autem Porphyrius generale, sed solum speciale, quia frequentior tunc temporis erat usus Proprij specialis, rarior generalis.

QUAESTIO

Utrum Proprium sit 4.tum praedicabile respectu individuorum cum respectu speciei?

Notandum 1.mo Ex illis quatuor modis Proprij hoc cap. assignatis. Solum proprium 4.to modo assignatum, quod Artes 1. Top. c. 4. Proprium simpliciter vocat, speciem esse Universalis à caeteris distinctam.

Notandum 2.do hoc proprium simpliciter duob. modis posse comparari. 1.mo cum re, cui primo competit V. g. risi,

bile cum homine communi. E.do cum ijs quae sub ea re collocantur, ut idem risibile cum singulis hominibus.

Notandum 3. proprium esse nomen concretum aequivocum. Nam materialiter significat rem, quae denominatur proprium, ut risibile. Formaliter verò significat aequivocè duas secundas intentiones, quae fundantur in eodem risibili. Unam qua refertur ad speciem tanquam fluens ex principijs ipsius essentialib. propter quam vocatur proprium seu passio hominis. Alteram, qua ad individua, quae sub homine collocantur, refertur: quae intentio eadem cum priore nomine ob penuriam vocabulorum appellatur videlicet proprium, ratione cuius intentionis risibile pertinet ad 4.tam Universalis speciem.

Conclusio Proprium, quatenus ad speciem refertur non est Universale, sed quatenus refertur ad individua. Probr. prior pars. Universale quatenus tale refertur ad particulare, id est, minus latè patens, sed species non minus latè patet, quam sua proprietas, reciprocatur n. cum ea. g.o proprium respectu speciei non est Universale. Ex probatione huius partis relinquitur etiam probata posterior pars huius conclusionis, quod videlicet proprium sit Universale respectu individuorum. Pt. autem proprium quatenus est 4.tum praedicabile essentialiter, sic definiri. Proprium est id quod aptum est esse in pluribus accidentaliter et necessario. Hoc autem modo describi. Proprium est id quod aptum est praedicari de plurib. accidentaliter et necessario. Per 1.mam particulam excluduntur ea, quae non sunt Universalia. per 2. particulam genus, species, Differentia excluduntur. per 3.tiam Accidens commune.

Obijcitur 1.mo Porphyrius explicat Proprium quatenus est species quaedam Universalis, et tamen in cap. de genere, sicuti et in cap. de Communitatib. dicit proprium praedicari de spe et eius individuis. g.o proprium etiam quatenus praedicatur de specie est Universale. Respond. Porphyrium non

solum egisse de proprio, quatenus est Universale, sed etiam quatenus est passio et speciem respicit, quia intentio qua respicit speciem est veluti fundamentum eius qua respicit individua. Propterea n. praedicatur risibile de Petro et Paulo accidentaliter et necessario, quia de homine eo pacto praedicatur, et ab eius essentia tanquam à primaria causa quasi fluit. Cum g.° Porphyrius dicit, Proprium praedicari de specie intelligit proprium, quatenus est passio, non quatenus est Universale.

Obycitur 2.do Proprium hoc differt ab Accidente, quod prius conveniat speciei in communi, et per speciem individuis. Accidens vero prius conveniat individuis, et per individua speciebus. g.° proprium respectu speciei est Universale. Respond. Accidens verum esse de proprio accepto pro fundamentis, id est pro reb. q. appellantur propria, ut risibile, flebile, q. prius conveniunt homini, et per hominem Petro et Paulo, non autem de proprio habente intentionem Universalitatis. Imo hac ratione proprium, quatenus nimirum Universale est, non competit homini, sed solis individuis, quia respectu horum magis latè patet, non autem respectu speciei.

Obycitur 3. si proprium respectu individuorum esset Universale et reciprocaretur cum singulis individuis. Sed hoc falsum est. g.° et illud. Respond. negando maiorem. Et ratio e. quia non est necesse, ut proprium cum eo, cuius respectu est Universale, reciprocetur, sed tantum cum eo, cuius e passio. Hinc iam colligitur, quando vel Porphyrius vel Artes dicunt, Proprium praedicari universum; id intelligendum esse, de proprio quatenus est passio, non autem de proprio, quatenus est Universale.

CAPUT 5.tum

DE ACCIDENTE.

In hoc cap. tres Accidentis definitiones proponuntur, et una eius divisio. Definitio 1.ma Accidens est, quod adest et abest sine subiecti corruptione. Cui definitioni statim subiungitur Accidentis divisio in separabile et inseparabile. 2. Accidens est, quod inesse aut non inesse eidem pt. 3.tia Accidens est, quod neq genus, neq species, neq differentia, neq proprium, semper a. est in subiecto.

QVÆSTIO. VNICA.

Sintne definitiones Accidentis hoc cap. assignatæ bonæ?

Conclusio. Si bene intelligantur sunt bonæ. Pro illis autem intelligendis

Notandum 1.mo Illa verba (abest et adest) vel Physice posse intelligi, ut idem significent, actu inhærere, et non inhærere subiecto: Vel Logice, ut significent affirmari et negari posse de subiecto per modum identitatis. Hic in posteriore significato accipi debere Caietan. et Averroes docent.

Notandum 2. Particulam, Et, ꝑ disiunctive sumi, alioquin n. definitio hæc alijs quoq Universalib. conveniret, cum et illa vel adsint vel absint subijcibilibus suis, sed in sensu copulativo neq id pro eodem tempore, sed pro diversis temporibus.

Notandum. Genus sub intellectu ee ꝑdicatum Universale, Ex his hunc definitionis sensum colligimus. Accidens est prædicatum Universale quod et affirmative et negative prædicari pt sine corruptione nãæ vel essentiæ subiecti de quo prædicatur. Album n. et affirmari et negari de Socrate pt salvâ eius naturâ.

nam Socrates siue albus sit siue niger semper e homo, Eodem modo intelligenda est definitio secunda, quæ ex 1. Top. c. 4. desumpta est, solisq verbis à priore discrepat. Quod ad 3.um definitionem attinet per negationem datam, Notandum est, rectè illam hoc loco adhiberi potuisse, quamuis n. hoc definiendi genus non sit usq adeò perfectum, solet tamen usurpari quando ea, quæ negantur in definitione fuerunt prius explicata, ita tamen ut præter negationes adiungatur aliqua affirmatio. Sensus igitur definitionis est; Accidens ee id quod semper est in subiecto, id est, quod quando existit nunquam à subiecto separatum naatr pt existere, ita tn ut non sit in eo tanquam genus, aut species, aut differentia, aut Proprium.

Obyciatur 1.mo Albedo e accidens et tamen n pt affirmari de subiecto. g.o definitio Accidentis est nulla. Probr. Prior pars, quia non est substantia. g.o accidens. Posterior pars pbr. quia falsum est, si dicam Cygnus est albedo. Respond. Accidens variè sumi: 1.mo quatenus distinguitr contra substantiam. 2. pro omni eo, quod est extra essentiam ipsius, siue sit in Categoria substantiæ siue non. 3. pro eo quod accidentaliter prædicatur, siue prædicetur necessario, ut proprium, siue non necessariò, ut ea de quibus hic agimus. Albedo itaq in 1.ma et 2.da significatione pt accidens vocari. In 3. non pt. quia nullum Accidens in abstracto (quod bene notandum est) pt ad 3tm prædicabile nec ad 4.tm referri. Cuius Rao est, quia omne Vniversale debet aliquo modo idem esse cum suis partibus, ita saltem, ut de ijs verè possit affirmari in recto, quo modo

Accidens in abstracto prædicari pt de suo subiecto.
Obyciture 2. Multa sunt Accidentia, quæ non possunt ad esse sine rei, in qua sunt, interitu, ut lethales morbi, Mortuum esse, combustum esse, respectu domus. g.° definitio est mala.
Respond. quantum ad morbos lethales attinet, eos sine subiecti corruptione adesse posse, quia quamdiu sunt præsentes, tamdiu animal est, cumq illud non est neq isti sunt. De morte, Combustione et similib. maior est difficultas. Albert. Mag. negat huiusmodi accidentia esse, sed potius putat esse privationes et Corruptiones substantiæ. Caietan. respond. has propositiones. Homo est mortuus, Domus est combusta, esse disparatas id est ex mãa repugnante compositas, sed veras pt ampliationem, quia hunc sensum faciunt. Homo qui est, vel fuit est mortuus. Domus quæ est vel fuit est combusta. Rectius forte respondeb. per distinctionem, ut scilicet dicamq Mortuum (quod de similib. etiam intelligendum est) duobus modis accipi, scilicet ut participium, et ut nomen: Ut participium significat illud passum fuisse interitum, quod mortuum dr, nimirum eo tempore, quo disponebatur res iuvens, ut abyceret animam. Quare hæc propositio Locrates est mortuus si (mortuus) est participium habet hunc sensum, Locrates passus est interitum. Ut nomen significat id, quod vita caret, seu quod habet privationem vitæ. Mortuum igr si accipiatur ut participium est Accidens hominis. Adest n. homini V. g. Locrati sine sui corruptione. Cum n. Locrates patitur interitum, tum disponitur proxime ut abyciat animam; Adhuc est, si n. non esset, falsum foret dicere, Locrates moritur, neq unquam vera esset hæc propositio. Locrates passus est interitum, si accipiatur ut nomen non potest esse accidens hominis, sed est prædicatum disparatum. Quemadmodum itaq hæc propositio est falsa, Homo est lapis, ita et hæc, homo est mortuus. Repugnat

enim ee hominem, et ee mortuum, id e, anima seu vita carere.
posset tamen in hoc sensu, Mortuum, ee, accidens corporis sive
maae, quia maa illa, quae anima praesente dicitur viva, a,
nima recedente dr mortua id est, vita carens sine sui corrup,
tione. Materia n. nec generari nec corrumpi pt.
Obijcitur 3. Album est accidens, et tn. est species, si confera,
tur cum hoc vel illo albo. g.o tertia definitio male assigna,
tur. Respond. Illam definitionem sic intelligendam esse,
Accidens est, quod neq est genus, neq species, scilicet
respectu eius, cuius est Accidens, et ita album, neq est genus,
neq species respectu Socratis. Nullum tn. est incommodum, si
sit species respectu aliorum, ut huius vel illius albi, quorum
non est accidens.

CAPUT. 6.

De communibus atq propriis V. Univer,
salibus.

Decem huius Capitis partes constituti sunt. In 1.ma
posteaquam quid omnib. Universalibus commune sit, genus cum
differentia confert, tam in ijs, quae communia, quam ijs, quae
propria habent. In 2. genus cum specie. In 3. genus
cum Proprio. In 4. genus cum accidente. In 5.
differentiam cum specie. In 6. differentiam cum
Proprio. In 7. differentiam cum Accidente. In
8. Speciem cum Proprio. In 9. Speciem cum Acci,
dente. In 10. Proprium cum Accidente comparat.
In 1.ma parte enumerat tria cum quib. genus cum differentia
convenit, sex in quibus differunt. 1.ma n. in eo conveniunt
quod utrumq species contineat. 2. quod quemadmodum ea
quae de genere praedicantur (essentialiter intellige) eadem
quoq de speciebus sub genere contentis dnr, ita quae differen,

tia dnr, ea quoq de specie, q ex ipsa constat, prædicantur. 3tio quod quemadmodum genere sublato, sic etiam sublata differentia universa tolluntur q sub ipsa collocantur.

Discrimen 1.mum genus de pluribus quàm differentia prædicatur, loquitur autem de divisivis differentijs, ex quibus dividitur genus, non de ijs, ex quib. generis substantia constat.

2.dum Genus potentia differentias continet, at non continet genera differentia.

3. Genus prius est naa ordine, hisce differentijs, quibus dividi solet, et idcirco ipsas tollit, sed ab ipsis non tollitur (manet a saltem in intellectu).

4.tus Genus hoc ipso quid est, differentia hoc ipso quale quid est prædicatur.

5. Genus unum est in unaquaq specie: differentiæ plures (his satis insinuat, non agnovisse se differentias specificas)

6. Genus simile est maa, differentia formæ, non tamen genus est maa, neq differentia forma.

In 2.da parte tres generis et speciei convenientias, et septem discrimina recenset. 1.ma Convenientia quemadmodum genus sic et species de pluribus prædicatur. 2. Genus suis speciebus, species suis individuis prior est. 3. Genus et species utrumq totum quid est.

Discrimen 1.mum genus continet speciem, species non continet genus intellige tanquam Universale totum. 2. Genus est veluti maa, ex qua simul cum differentia fit species. 3. Genus est prius naa specie. 4. Genus sublatum tollit speciem, sed non tollitur à specie. 5. Genus de sua specie univocè prædicatur non autem species de genere. 6. genus, quantum ad potestatem, speciem quamcunq. species autem genera differentijs suis (quippe quas actu habent) superant. 7. Neq species specialissima generalissimum genus, neq genus specialissima species fieri unquam pt.

In 3.tia Parte tria sunt in quib. genus cum Proprio convenit, quinq in quibus differunt. Convenientia 1.a quemadmodum ex specie genus, sicut et proprium rectè infertur. 2.da Æquè posset genus de specieb. ut proprium de individuis, quorum est proprium prædicari. 3. sicut genus de specieb. suis, sic et proprium de hisce, quorum est proprium univocè prædicari. Discrimen primum. Genus prius est specie, proprium verò posterius suâ specie. 2. genus de plurib. specieb. proprium de unâ tantum specie prædicatur. Ait nota Porphyrium de infima tantum specie loqui. 3.tus proprij fit mutua prædicatio, id est conversim dr; generis autem n fit. 4. Omni speciei inest proprium cuius est proprium, et soli ac semper, genus autem omni quidem s. toti speciei, cuius est genus, et semper inest, non tn soli. 5.o Proprijs sublatis non tolluntur genera, sin verò genera tolluntur, species continuò tolluntur simul, quib. peremptis et propria simul pereunt.

In 4.ta Parte una generis cum accidente assignatur convenientia. discrima quatuor. Conveniunt n. in eo, quod utrumq dicatur de plurib. Discrimen 1. specieb. prius est genus, Accidens eisdem posterius. 2. Genus non prædicatur sdm magis et minus; Accidens suscipit magis et minus. 3. Accidentia quidem in individuis primò sunt: genera vero et species in individuis substantijs nãa priora sunt. 4. Genus prædicatur in Quid. Accidens in Quale.

In 5.o parte duo ponuntur, quæ differentiæ cum specie communia sunt. quatuor in quib. differunt. 1.mo Commune est, quòd æquè sint communicata, id est, sine intensione et remissione. 2. quòd semper ijs adsint, quib. communicatur.

Discrimen 1.mum differentia prædicatur in Quale, Species in Quid. 2. differentia plurib. Specieb. Species (supple Specialissima) solis individuis inest. 3. differentia natura prior est Specie, quam constituit. 4. Nullæ differentiæ concurrunt ad unam Speciem, At multæ Species nunquam ad unius Spei constitutionem concurrunt, ita scilicet, ut maneant in Specie compositâ; possunt bn. duæ Species extrinsecæ et effectivæ producere aliquam tertiam, ut equus et Asina mulum.

In 6. Parte duæ sunt convenientiæ, differentiæ cum proprio. Duo itidem discrimina. Convenientia 1.ma differentia et proprium æquè communicant his, quib. communicantur. 2. Sicut differentia universaliter de suis Specieb. prædicatur, ita et proprium de suâ Specie et eius individuis. Idem. differentia cum Specie non convertitur; Proprium a. convertitur.

In 7. Parte duæ traduntur differentiæ cum Accidente convenientiæ. 3.a verò discrimina. Convenientia 1.ma Utrumq prædicatur de plurib. 2. quemadmodum differentia semper et omnib. convenit, quorum est differentia, sic et Accidens inseparabile. Discrimen 1.mum differentiæ essentialiter prædicantur Accidentia non item. 2. differentiæ intensionis et remissionis expertes sunt, Accidens res recipit. 3. differentiæ contrariæ misceri non possunt; Accidentia contraria possunt, Nam ex albo et nigro fit color medius, et in aqua tepida sunt simul frigus et calor, non tamen in gradib. æque intensis.

In 8. Parte duo enumerantur, in quib. Species cum proprio convenit: quatuor in quib. discrepant. Convenientia 1.ma proprium et Species de se invicem prædicantur conversim. 2. æquè suis Specieb. communicantur. Discrimen 1. Species subalterna est aliorum respectu genus ec pt: Proprium aliorum proprium ec n pt. 2. Species proprium antecedit naæ ordine: Proprium a. advenit Speciei. 3. Species semper dicit actum; sed proprium dicit

aptitudinem, quæ aliquando in actum deducitur. 4.tum alia est speciei definitio, alia proprij.

In 9. Parte enumeratur una speciei cum Accidente convenientia nempe de plurib. prædicari. Discrimina quatuor. 1.mum est species in Quid: Accidens in Quale prædicatur. 2. Individuum unam habet speciem: At accidentia multas. 3. Species est prior Accidente, mente scilicet et intellectu. 4. Species sine intensione et remissione prædicatur; Accidentia suscipiunt magis et minus.

In 10. et ultimâ Parte traduntur duæ convenientiæ Proprij et Accidentis, et tria discrimina. Convenientia 1.ma sine illis non ee ea, in quib. insunt, Ut n. sine risibili non est homo, sic et sine nigro Æthiops ee non potest 2. quemadmodum omni semperq proprium adest, sic et accns inseparabile, id scilicet quod sequitur certam individuorum alicuius speciei complexionem, ut nigredo in coruis. Discrimen 1.mum Proprium uni speciei inest, Accidens aut. inseparabile plurib. 2. proprium cum sua specie convertitur, Accidens non item. 3. Propriorum communicatio æqua est, Accidentium non item, quia gradus suscipiunt.

IN DECEM. ARISTOTELIS. PRÆDICAMENTA.

Circa initium huius libri 6. nobis explicanda sunt. 1.mo quis sit Author. 2. quod illius sit institutum in hoc lib. 3. quæ libri inscriptio. 4. quis ordo ad reliquos Dialecticæ lib. 5. quæ distinctio libri. 6. quæ eius utilitas.

Quis sit Author.

Quod ad 1.um attinet, quamuis Iamblicus, Boëtio Authore, Archi-
tam Tarentinum huius libri Authorem ee putet, nos tamen
communi sententia Artem huius libri Authorem ee credimus.
Is phus fuit celeberrimus Stagirita Macedoniae Urbe oriundus
patre Nicomacho Medico, natus Anno 99 Olympiadis 1.mo
ante aduentum Christi Anno 380. Corporis forma non
adeo conspicua, voce gracili, ingenio summo, Anno aetatis
17. Academiam Platonis tunc temporis celeberrimi
apud Athenienses Phi adijt, sub cuius disciplina annos
20 exegit, à quo in multis tandem et maximè de Uni-
uersalib. dissensit. In Lycaeo annis 13. publice docuit
Peripateticorum princeps inde dictus, quod ambulando
docere soleret. Anno 63. dum in Insula quadam exu-
laret uita functus est. Opera dr adeo scripsisse multa,
ut ea, q ad nos peruenerunt uix minima sit eorum pars.

Quod sit institutum hus libri.

Quod ad 2. attinet secundum uerioren sententiam institu-
tum Artis in hoc lib. est agere de uocib. simplicib. hoc
est, de uocib. significantib. res ipsas simplicib. conceptibus.
Quod patet 1.mo ex proposito totius Dialecticae Aretiae. Cum
n. propositum Artis sit agere in Dialectica sua de Ar-
gumentatione seu de Syllmo, in quo cernitur uis eiusq
Argumentationis, Argumentatio autem proximè con-
stat ex propositionib. Propositiones ex uocibus
simplicib. fiunt, ut à simplicib. uocib. principium sumen-
dum fuerit Arti. 2. idem ostendi pt ex quatuor cap. Ante
praedicamentorum, ubi Artes colligit numerum praedicamen-
torum hoc modo. Unumquodq eorum quae nulla complexione
dnr aut substantiam significant, aut quantum aut quale

5.

quæ divisio vocib. non reb. accommodatur. Voces n. significant sine ulla complexione, non autem res. Hinc iam sequitur huius libri subiectum esse, Vocem simplicem significativam entis realis finiti et completi. Nec huic sententiæ repugnat, quod Artes etiam de rebus hoc lib. agat, quia hoc eo consilio facit, ut ex rebus voces ipsas colligamus. Nec n. ad Dialecticam res potissimum spectant, sed voces, ex quib. possit conficere orationem, qua explicetur ignotum per id quod notius est, nec etiam obstat, quod res principaliter in prædicamentis collocentur. Hic n. non efficitur Artem præcipuè de reb. agere. Agit n. hoc loco præcipuè de ijs, quæ ad Argumentationes et propositiones conficiendas pertinent. Iam a. quamvis voces minus præcipuè in prædicamentis ponantur, quam res, tamen ad propositiones et argumentationes conficiendas magis et præcipuè pertinent, nec n. propositiones ex rebus, sed ex vocibus componuntur.

Quæ libri inscriptio

Quod ad 3. attinet. Inscriptio huius libri est hæc, Artis Categoriæ, id est, prædicamenta. Et quamvis hoc nomen idem proprie significet, quod accusatio, ad scholas dr translatum usurpatur pro prædicamento. Accipr. n. prædicamentum aliquando pro summo genere, quod scilicet ita prædicatur, ut non etiam subjiciatur. Est id ad quod veluti ad summum caput reliqua omnia prædicata, quæ ei subjiciuntur, referuntur. Aliquando accipr prædicamentum pro naali dispositione summi alicuius generis et eorum quæ sub ipso collocantur. Quo pacto accipit Porphyrius prædicamentum in cap. de Specie,

ubi dicit in unoquoq prædicamento dari summum genus, genera intermedia et species infimas. Et Artes 5. Metaph. c. 6. tex. 10 dum ait eadem genera sunt quorum eadem prædicamenti figura est. Sive igitur priori sive posteriori modo accipiatur, Inscriptio est Artis prædicamenta. Vocatur autem tota illa collectio (Prædicamentum) à nobiliori officio, quod est prædicari, licet in prædicamentis quædam sint, quæ non prædicentur, sed subijciantur, ut sunt individua.

Dubitari tamen hoc loco pt, An voces, an verò res ipsæ prædicentur, Ad hoc dubium respondetur, Non solum voces sed et res etiam prædicari, Voces quidem instrumentaliter et tanquam rerum signa, Res autem realiter et objectivè: Quòd voces prædicentur, ex eo probatur, quòd prædicari sit enunciari, Enunciatio autem ex vocib. constat, cum ut inquit, Artes, sit oratio. Ut a res etiam prædicentur, in singulis propositionib. patet, Cùm n. dicimus, Homo est animal, non significamus hanc vocem (homo) ee illam vocem, Animal, sed rem significatam. Per hanc vocem, Homo, esse rem significatam, Per vocem Animal. Item universalia sunt, quæ prædicantur, Prædicabile n. est passio Universalis sed res præcipuè sunt Universales, et non voces, ut apud Porphyrium diximus, q° res prædicantur. Quod verò res prædicentur realiter id est, sint id, quod tribuitur et removetur à subjecto, et voces tm instrumentaliter, et tanquam signa, Colligr ex verb. Artis lib. 5. Elench. c. 1. ubi docet, nomina esse inventa ad res significandas, quia ipsas res in disceptationes adferre non possumus, ac propterea inquit, quod accidit in nominib. in reb. quoq arbitramur accidere, quemadmodum ij, qui calculis subducunt. Quare magis proprie et aptius diceremus voces prædicare seu enunciare, quam

prædicari: prædicant n. seu enunciant rem significatam per prædicatum de re significata per subiectum: res aut ipsas prædicari seu enunciari.

Quis ordo ad reliquos Dialect: lib.os

Quod ad 2. attinet, Notandum 3plicem esse ordinem Primum naturæ. Secundum Nostrum. Tertium dr̄inæ. Naturæ Ordo est progressio ab ijs, quæ nāa 1.ma sunt, sunt autem aliqua, nāa prior vel generatione, ut partes, toto; materia, forma; magis Universalia, minus Universalib: Vel perfectione vice versâ, ut totum, partibus; Forma, mā. Unde duplex Ordo nāæ constituitur Generationis scil. et Perfectionis. Ordo nr̄ est progressio ab ijs, quæ à nobis facilius percipiuntur. Qui rursum duplex est, vel qua cognitionem confusam et imperfectam. Quo pacto facilius percipimus totum quam partes, Vel quoad cognitionem distinctam et perfectam, quo pacto prius partes quàm totum intelligimus. Ordo dr̄inæ est is, quo res accommodatissimè traduntur, q etiam mixtus appellari pt, eo quod interdum in nāæ, interdum in Ordinem nostrum inclinet.

Quantum igr̄ ad hunc lib. attinet, methodo inter omnes Artis libros de Dialectica sibi primum locum vendicat; præcedit n. eo nāæ ordine, qui dr̄ generationis, cum de minimis Argumentationis partib. agat. præcedit etiam ordine nr̄o, quoad distinctam cognitionem, præcedit denique ordine dr̄æ, ita n. accuratissimè intelligi pt argumentationis nāa si prius partium ipsius cognitio habeatur.

Quæ distributio libri.

Quod ad 5. attinet distribuitur hic lib. in tres Partes, quarum Prima constans 4. capitib. continet quarundam vocum expositionem, eo consilio præmissam, ut expeditior esset, prædicatorum tractatio. Hanc partem appellant Antepræ di camenta. Secunda pars 5. capitib. contenta ipsa decem prædicamenta complectitur, quam partem vocant prædi cata. Tertia pars 5. capita continens, quasdam vo ces explicat, quæ in drinæ progressu occurrunt, et hanc partem vocant postprædicata.

Quæ eius Utilitas.

Quod ad 6. attinet, Utilis est prædicamentorum cogni tio ad definitiones, divisiones, demonstrationes et to pico syllmos, quorum omnium partes et materia ex præ dicamentis colliguntur.

CAPUT PRIMUM.

De Æquivocis, Univocis, et Denominativis.

Conclusio 1.ma Æquivoca dnr ea, quorum nomen solum commune est, ratio verò substantiæ nomini accom modata diversa. In hac definitione definiuntur Æ quivoca Æquivocata non Æquivocantia, Et ostenditur, Ut aliqua dicantur Æquivoca Tres requiri conditiones quarum 1.ma est. ut unicum habeant nomen, nam aliâs esset multivoca. 2. ut diversas habeant defini tiones. 3.tia ut definitiones diversas habeant secundum illud nomen, quatenus isto nomine significantur.

Conclusio 2.da Vniuoca Vniuocata, et non Vniuocantia dnr quorum nomen commune est, et ratio substantiæ nomini accommodata eadem est.

Conclusio 3. Denominatiua ea dnr, quæ ab aliquo nominis appellationem habent sola differentia casu.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid significent in definitionib. Æquiuocorum et Vniuocorum hæc Vocabula, Ratio, substantia, diuersa, et Eadem?

Notandum 1.mo duplicem esse conceptum, formalem scilicet et obiectiuum. Conceptus formalis est ipsa intellectio, vel ut melius loquamur, Est imago quædam et similitudo rei intellectæ, quatenus intellecta est. dr aut. Conceptus formalis, quia est similitudo et forma rei intellectæ. Vocatur etiam species expressa quia est similitudo et forma rei intellectæ quia est veluti quidam partus ac expressio intellectus foecundi, hoc est, informati specie intelligibili. Vocatur præterea verbum mentis, quia huiusmodi conceptibus intellectus secum quasi loquitur, denique dr intentio, quia Conceptum formalem intellectus Noster intendit siue attendit ad id, quod intelligitur. Conceptus obiectiuus est res quæ concipitur et intelligitur, quatenus significatur per Conceptum formalem.

Notandum 2.do Conceptum Obiectiuum et formalem habere se se quodammodo sicut relatiua. V. g. sicut significatum naturaliter, et significans naturaliter. Quod igitur attinet ad primum, dico vocem, Ratio, in his definitionib. accipi pro conceptu obiectiuo. Substantiam vero

accipi pro essentia, ita ut ratio substantiæ nihil aliud sit, quam Conceptus obiectivus essentiæ, qui conceptus in ijs, quæ definiri possunt quidditative est definitio essentialis. In ijs autem quæ talem definitionem non admittunt, est essentia, quam intelligimus audito vocabulo illam significante.

Quæres num ratio substantiæ in his definitionibus semper significet essentialem definitionem, aut conceptum obiectivum æquivocatorum et univocatorum. An vero essentiam illius rei, quæ per nomen æquivocans et univocans proxime significatur? Respond. 1.mo dubium non esse, quin ratio substantiæ in definitione æquivocorum sumatur pro quidditate illius rei, quæ nomine æquivocante proxime significatur. Ideo n. de animali et medicina æquivoce dr sanum, quia ratio et essentia sanitatis, quam illud vocabulum (sanum) proprie significat non convenit utrique. Eadem ratione an vero in definitione univocorum idem sentiendum sit, maior dubitatio est. Sunt qui existimant etiam in illa definitione per rationem substantiæ illigi essentiam illius rei quæ nomine univocante proxime significatur, sive ea sit accidentalis sive essentialis. Unde dicunt hominem et equum esse univocata respectu huius nominis (albus) quia utrique convenit et nomen illud et ratio albedinis. Quam sententiam Caietan. Arte dignam esse censet. Toletque vero ab Artis sententia nihil magis alienum esse dicit, docetque nullum accidens de substantia secundum nomen et rationem dici, Et probat hoc ex Cap. de substantia. Infert demum ea esse solum æquivoca quæ participant eandem rationem intrinsecam.

Pro solutione illius dubij dico 1.mo In definitione hac Univocorum Artis rationem substantiæ tantum accipi

pro intrinseca Univocatorum essentia. Probr. quia voluit hic definire univocationem maximè propriam attamen illa est univocatio essentialis. Dico 2do tale sumpto vocabulo et ea posse dici univoca quib: eadem ratione convenit essentia illius rei, quæ proximè significatur, nomine univocante etiam si illa accidentalis sit, Probatur quia sequeretur alioquin neq accidens esse neq proprium, Universale neutrum n. de suo subiecto (cum utrumq accidentale formam significet) univocè posset prædicari, cum tn de ratione Universalium sit univocè prædicari de pluribus.

Quod ad reliqua vocabula attinet (eadem diversa) dico 1mo quando æquivoca dnr habere rationem diversam eandem, id non ee intelligendum de identitate reali vel diversitate. Probr. quia conceptus obiectivus et etiam formales æquivocorum pnt ee idem realiter, Contra conceptus obiectivi univocorum possunt ee diversi realiter. Conceptus obiectivos æquivocorum posse esse eosdem realiter patet, quia passio et actio sunt æquivocata in accidente et tamen conceptus obiectivus actionis et passionis est idem realiter, quia ipsa actio et passio sunt eadem res. De Conceptu formali æquivocorum Probr. quia una eademq imago secundum rem pt esse multorum similium. Cum igr analoga sint similia eadem secundum rem imagine repræsentari, quæ quidem imago, licet sit re una eademq, erit tamen in significando et repsentando Analoga. Pt hoc sic declarari. Si aliqua res sit similitudo alterius, quæ rursus assimiletur tertiæ rei, 1ma non solum similis erit secundæ, sed etiam tertiæ quatenus assimilatur secundæ, quemadmodum si res aliqua obiecta speculo producat in eo suam imaginem quæ imago rursus in oculis Socratis producat

aliam, hæc imago non solum repræsentat imaginem quæ est in speculo, sed etiam rem à qua fuit 1.mo producta imago in speculo. Cum igitur DEUS et creatura, substantia et accidens sint similia, quoad esse, si quis formet conceptum alicuius, quatenus est ens, ille unus conceptus non solum repræsentabit talem rem, quatenus est ens, sed etiam omnia quæ illi, quoad esse sunt similia, et proinde unus idemq conceptus formalis repræsentabit Creatorem et Creaturam substantiam et accidens, quatenus sunt entia, possunt igr Conceptus formales æquivocorum ee idem realiter, hoc tn quod iam diximus in æquivocis à casu in quib. nulla convenientia sive similitudo est locum non habet.

Quod autem conceptus obiectivi univocorum re ipsa possint esse diversi Probr, quia si homo et brutum concipiantur ut univocata respectu animalis, animal erit conceptus obiectivus, quod quidem animal à parte rei sunt duo. Nam animal quod est in homine differt realiter ab animali quod est in bruto. Dico 2do quando ratio substantiæ dr esse diversa in definitione æquivocorum, et eadem in definitione univocorum id intelligendum esse de diversitate aut identitate significantis et significati, ita ut ille conceptus formalis dicatur diversus, qui diversa ut dsa significat et is idem sive unus, qui rem unam aut plures significat ut unum quid, seu ad modum unius. Denique conceptus obiectivi dicuntur diversi, qui sunt diversa significata ut diversa, ei idem, qui sunt una res, aut etiam plures res, tamen ad modum unius per conceptum formalem repræsentatæ. Ex dictis definitionem æquivocorum sic explicare poterimus: Æquivoca sunt res plures uno nomine significatæ, quarum conceptus obiectivus et ex consequenti formalis est simpliciter diversus, id est non unus simpliciter diversus in

quam diversitate significati et significantis. Univocorum definitio sic poterit explicari. Univoca sunt res plures uno significatae nomine, quarum conceptus obiectivus et ex consequenti formalis est idem simpliciter, identitate videlicet significantis et significati.

Quaestio 2da.

Quaenam aequivocorum definitione aequivoca contineantur?

Antequam solvatur quaestio explicandum est quotuplicia sint aequivoca, et quaenam illorum natura. Sunt autem aequivocorum genera duo, quaedam purè sunt aequivoca, quaedam analoga. Purè aequivoca dicuntur, quorum nomen commune est, ratio autem substantiae nomini accommodata omnino diversa, quae si istiusmodi sunt, ut temerè et sine ulla consideratione idem nomen impositum habeant, casu aequivoca dicuntur, quodammodo Paris Priami filius et Philippi Macedonis filius aequivoca sunt in nomine Alexandri. Sin autem istiusmodi fuerint, ut non omnino casu sed propter aliquam causam, quae imponentem moneret, qualis esse potest vel species, vel memoria, idem nomen acceperint, solent vulgò dici aequivoca consilio. Propriè tamen isto nomine appellanda non sunt, nam ut aliqua consilio dicantur aequivoca, non sufficit ec causam aliquam ex parte imponentis, ut ait Pons. lib. 1. Dial. Bnst. c. 20. Sed requiritur, aliqua ipsorum inter se affinitas et cognatio. Analoga dicuntur, quib., quamvis ipsa habeant diversas substantiae rationes, tamen

propter aliquam rerum affinitatem inter se ac similitudinem idem nomen impositum est, eaq duplicia sunt, vel attributionis, vel proportionis.

Analoga attributionis sunt, quorum nomen commune est, actio vero substantiae nomini accommodata simpliciter quidem diversa, eadem ta secundum quid, id est secundum relationem, et habitudinem ad aliquod unum quod vel esse, vel efficiens causa, vel finis, vel forma, vel subiectum sive materia respectu eorum, quae ad unum referuntur. 1.mo modo medicus et medicinae instrumenta sunt Analoga in vocabulo (medicans) quod praecipue significat hominem medicum, qui sanitatem efficit. Deinde vero ea instrumenta, quib: utitur medicus ad efficiendam sanitatem. 2.do modo Animal, potio, dieta analoga sunt, respectu nominis (sanus) quod praecipue significat sanitatem, et proprie dr de Animali; deinde vero secundum habitudinem ad sanitatem, ut ad finem dr de potione, dieta et aliquis quae conducunt ad sanitatem. 3tio modo homo pictus et pictus Analoga sunt in vocabulo (homo) quod praecipue significat vivum hominem, deinde picturam hominis, secundum habitudinem ad hominem vivum, qui quidem est veluti forma hominis picti cum sit exemplar illius: Exemplaria n. formae quaedam ab Arte vocantur. 4.to modo Substantia et Accidens sunt analoga in vocabulo Ens, quod praecipue significat substantiam, Deinde vero accidentia secundum habitudinem ad substantiam tanquam ad subiectum in quo sunt.

Analoga attributionis duplicia sunt, quaedam

enim referuntur ad intrinsecum, q̄ D. Thomas Analoga uni
us ad alterum vocat, comprehendens nomine Unius omnia mi
nus principalia significata, nomine verò alterius ipsum prin
cipale significatum: quædam ad unum extrinsecum, q̄ D.
Thomas Analoga duorum ad tertium vocat, significans no
mine duorum omnia significata analogica, nomine autem
tertij illud unum extrinsecum, ad quod referuntur. Prio
ris modi sunt illa, q̄ respiciunt aliquod unum, ab ipsis
diversum, sed unum ex ipsis respicit alterum, ut si nomen
sanum significet animal habens sanitatem, et potionem
q̄ facit sanitatem, dicemus Animal habens sanitatem et
potionem illam esse analoga, in sano per attributionem
ad unum intrinsecum, quia non respiciunt ambo u
num tertium ab ipsis distinctum, sed potio sana re
spicit animal habens sanitatem. Posterioris modi st
quæ respiciunt aliquid extrinsecum, et à se diversum,
quo pacto ambulatio sana, et dieta sana conveniunt
analogicè in sano, quia respiciunt animal sanum, q̄
est ab utroq̄ diversum.

Analogica secundum proportionem sunt ea, quo
rum nomen commune est, ratio verò substantiæ nomi
ni accommodata proportione quadam eadem. Quæ du
plicia sunt, Propria et impropria. Propria sunt,
quorum nomen circa Metaphoram de Analogatis dr
et significat plures rationes formales propositionem
inter se habentes, quarum singulæ in singulis ana
logatis reperiuntur. Tale Analogum est, Principium
Dicimus n. principium vitæ, principium magnitudinis,
principium demonstrationis, proportione quadam seu
analogia. quemadmodum n. quadam proportione se
se habet principium vitæ ad vitam, sic principium mag
nitudinis ad magnitudinem, atq ita in cæteris.

B

Impropria sunt quorum nomen commune de uno proprie, de alijs metaphoricè dicitur, et absolutè unam rationem formalem significat, quæ in uno solo Analogatorum proprie reperitur: In alijs secundum similitudinem quandam, ut risus in homine, et prato. Pes hominis atq montis.

Differunt analoga sdm attributionem et proportionem, multis modis. 1.mo in nomine, attributionis enim analoga nunquam aliter apud Artem vocantur quàm nomine eorum q ad unum vel ab uno dicuntur, ut videre est 4. Metaph. c. 2. et 1. Eth. c. 6. à Græcis dnr ad unum, ex uno, in uno. A Tomistis analoga secundum intentionem, et non secundum esse.

Ab uno et ex uno dnr quia ab uno cognominantur et profluunt. In uno, quod in uno solo formale eorum significatum reperiatur. Siquidem sunt analoga q referuntur ad unum eiusdem nominis. Ad unum vocatur, quòd ad unum cætera referantur. Secundum intentionem eò quòd ad unum aliquod tendant ac referantur, non secundum esse, quia illud formale significatum, ad quod referuntur, in se ipsis non habent sed ab eo extrinsecè denominantur. Analoga verò proportionis vocantur ab Arte Analoga seu ea, quæ dicuntur secundum analogiam, à Tomistis Analoga sdm esse et intentionem, sdm esse, quia formale significatum in omnib. membris analogis (loquor autem de analogis proprijs) et non metaphoricis) proprie inveniatur. Sdm intentionem vel quia etiam in his unum præcipuè intenditur, à quo alia cognominantur, ut quidam volunt, vel certè quia ad se mutuò referuntur. 2.do differunt, in analogis per attributionem illa significata q referuntur ad aliud unum, per

illud unum definienda sunt; ut pulsus sanus, deambulatio sana, animal sanum. In analogis autem per proportionem, de proprijs non de metaphoricis loquendo, quatenus huius generis sunt, non opus est, ut per unum aliquod definiantur. Nam neq principium temporis necessario definitur per principium vitæ, neq hoc per habitudinem ad illud.

3.tio differunt, in analogis secundum attributionem semper datur aliquod unum et idem, ad quod membra analoga referantur, et ratione cuius talia appellentur, quod tamen in analogis per proportionem necessarium non est. 4.to differunt, in analogis per attributionem significatum formale analogantis formaliter invenitur in solo illo uno, ad quod cætera referuntur: in reliquis autem q respiciunt illud unum non invenitur nisi denominatione extrinseca: quo pacto sanitas in solo animali formaliter reperitur, In potione verò, dieta, aëre et alijs, q sana dicuntur tantum extrinsecâ denominatione reperitur, hæc n. dicuntur sana ab illa sanitate, q est in animali.

Notandum autem id quod dicimus, tunc solum habere locum, quando illud formale significatum, ad quod reliqua referuntur, eodem significatur nomine, quo analogata cætera in analogis proportionis, loquendo de proprijs formale significatum nominis analogantis convenit omnib. analogatis formaliter. Hoc modo principium dr analogum, respectu suorum significatorum, omnia n. principia sunt formaliter principia, quia omnib. formaliter convenit ratio principij: quod si aliquod inveniatur, quod utroq modo sit analogum, Et per attributionem, et propor-

tionem, illud ratione prioris generis hoc habebit, ut ratio formalis analogantis conveniat illi uni solum, ad quod cætera referuntur; Ex ea verò parte q̃ est posterioris gnis habebit, ut formalis significatio analogantis conveniat simul omnib. membris analogis. Invenitur utraq hæc analogia in ijs reb. q̃ sunt bonæ, si n. considerentur ita ut bonæ sint per bonitatem sibi formaliter inhærentem habent analogiam proportionis. quemadmodum n. una bonitas se se habet ad suum subiectum sic et altera se ht ad suum, et per consequens sdm hanc desiderationem singula membra analoga formalem significationem analogantis habent. Si autem considerentur, quatenus bonæ dicuntur bonitate prima, id est, effectivè, finaliter, aut exemplariter, vel ut clarius dicam, quatenus nomine boni tantum intelligitur id, quod à summo bono productum est, vel ad illud, tanquam ad ultimum finem refertur, aut ad eius similitudinem et exemplar factum. Sic oes res creatæ analogiam attributionis respectu boni habent, et extrinsecâ denominatione dicuntur bonæ per relationem scilicet ad DEVM, qui est eaa efficiens finalis et exemplaris omnis bonitatis. Videatur Fons. 4. Metaph. c. 2. q̃. 1. sect. 6.

His positis respond. ad q̃stionem, definitionem æquivocorum convenire omnib. æquivocis ram enumeratis. Prob. 1.mo quia omnia illa sunt huiusmodi, ut solum nomen commune habeant. Rationem autem substantiæ nomini accommodatam vel omnino diversam, ut purè æquivoca vel aliquo modo qui de eandem simpliciter tamen diversam ut analoga. Nec obstat quod in analogis ratio substantiæ sit eadem secundum quid, convenientia

enim secundum quid non tollit diversitatem simpliciter
2.do quia Artes in exemplo vivi et picti animalis satis de-
clarat, se etiam analoga voluisse complecti illa defi-
nitione.
Obijcitur 1.mo æquivoca sunt plura, et plures habent defi-
nitiones g.o non sunt unica definitione explicanda. Resp.
distinguendo Antecedens. Sunt æquivoca plura, si unumquodq
per se sumitur. quod si autem considerantur sub hac proprie-
tate, quod sint æquivoca sunt unum; esse n. æquivocum
omnibus æquivocis convenit univoce.
Obijcitur 2.do Nomen non est solum vox, sed ipsa quoq
significatio, sed vox æquivocorum non habet eandem
significationem. g.o non est unum nomen, sed plura
et per consequens æquivoca non habent commune no-
men. Probr. maior. quia nomen est vox significati-
va. Minor patet ex dictis. Resp. cum Fonseca lib.
1. Dialect. instit. c. 29. æquivocorum nomina sim-
pliciter quidem esse diversa, dici tamen æquivoca habere
nomen commune, quia id, quod in tali nomine maa
est, scilicet vox, omnib. æquivocis tribuitur. Hinc
observa ut aliquod nomen dicatur æquivocum,
requiri ut quoad vocem sit plane idem, idem in-
quam accentu, aspiratione, genere, orthographia.
Obijcitur 3.tio Animal respectu hominis, bovis et
muscæ æquivocum esse dr, sed animali illorum re-
spectu non convenit æquivocorum definitio. g.o non
omnib. æquivocis convenit. Probr maior. quia
dicit Artes 7. Phys. c. 4. in genere latere æquivo-
cationem. Probr. minor. quia et nomine et defi-
nitione eodem plane modo prædicatur Animal de
homine, bove, muscâ, Respond. negando maiorem
et ad probationem illius dr, illam æquivocationem

quam Artes dicit latere in quovis genere non talem ea qualis hic definitur. differt a. illa aequivocatio ab aequivocatione hic definita, quod ad illam satis sit, si nam aliqua communis perfectius esse habeat in una specie quam in alia ratione perfectioris differentiae cui coniuncta est, etiam si illa aliquando univoca sit. Ad hanc autem requiruntur diversi conceptus obiectivi, ita ut illa demum sint aequivoca, q̃ repraesentantur ut simpliciter diversa.

Quaestio 3.tia

Quomodo definitio denominativorum intelligenda sit?

Denominativa ab Arte definiuntur hoc modo, Denominativa ea dicuntur q̃ ab aliquo nominis appellationem habent solo casu differentia, quae definitio ut intelligatur,

Notandum est 1.mo quod in denominativis tria cernantur, videlicet res denominans, ut albedo, res denominata ut Cygnus, nix, paries &c. et ipsum denominativum, q̃ duplex est scilicet denominativum denominans, quod est ipsum nomen concretum, ut nomen album. Et denominativum denominatum, quod est significatum denominativi denominantis, ut res alba, quatenus alba est. Artes q.o hoc loco definivit denominativa denominata, sicut in superiorib. definitionib. aequivoca aequivocata, et Univoca univocata.

Denominativa autem denominata, aut talia sunt voce tantum, aut re tantum, aut voce et re simul. Voce tantum ut Cursor ad currendum, nomen n. Cursor deducitur à Cursu, cum tn̄ fieri possit, ut cursor nunquam

à cursu, si cursor accipiatur pro eo, q̃ potentiam habet

cucurrerit. Denominativa re tantum sunt, studio-
sus respectu virtutis, modo accipiatur pro eo, qui virtu-
tem habet vel ea praeditus est, Nam quamvis non dedu-
catur secundum nomen à virtute, nihilominus tamen
significat virtutem ipsam homini adiacentem.
Denominativa voce et re simul sunt, ut iustus
à iustitia, albus ab albedine, Et haec sunt, quae ab
Arte hic definiuntur, ut patet etiam ex cap. de
qualitate, et 2. Top. c. 2. Nam superiora duo
genera non sunt dicenda denominativa nisi valde
improprie.
Notandum 2.do in hac definitione quinque insinuari con-
ditiones necessarias, ut aliquid sit vere denominativum, 1.ma
ut res denominans sit extra essentiam rei denominatae. 2.da
ut denominativum conveniat 2.dum nomen cum re denominante.
3.tia ut connotativum communicet reipsa seu potius na-
tura cum re denominante. 4. ut quoad nomina quib.
significantur differant casu, id est fine dictionis. 5.
ut ad mutationem vocabuli sequatur modus rei di-
versus.
1.ma Conditio insinuatur illis verbis (quae ab aliquo
nominis appellationem habent) illa enim particula Ab,
inter formam accidentalem et id quod formam parti-
cipat, distinctionem denotat, ut exponit Albert.
deinde quia ab aliquo idem est ac si diceret. Ab alio
respectu rei denominatae, Ex ijsdem verbis 2.da et
3. Conditio colligitur.
4.tam exprimit his verbis. Solo casu differentia, ijsdemque
insinuat 5.tam
Defectu 1.mae Condition. homo non est denominativum, respu
humanitatis, quia humanitas non est extra essentiam eo-
rum, qui sunt et dicuntur homines.

Defectu 2.dæ excluduntur illa, q̃ tantum re sunt denominativa, et non voce, ut studiosus respectu virtutis.
Defectu 3. excluduntur illa, q̃ sola voce denominativa sunt, ut officere, respectu officij.
Defectu 4. non est denominativum Musica, pro muliere Musicam scrente accepta respectu musicæ, ut sciant artem.
Defectu 5. non sunt denominativa teneritas et teneritudo, quia inflexionem vocabuli non sequitur modus rei diversus.
Obycies. denominativa sunt differentia solo casu, ut hic dicit Artes. g.o non est necesse, ut differant secundum modum rei. Respondeo. Negando consequentiam. particula n. solo, non excludit quamcunq aliam diversitatem, sed tantum quamcunq diversitatem in ipso vocabulo.

CAPUT 2.dum

Prima propositio eorum, q̃ dicuntur cum complexione, alia sine complexione dicuntur. Secunda propositio eorum quæ sunt. Alia de subiecto quidem dicuntur in nullo vero prorsus sunt subiecto, ut substantiæ Universales Homo, Animal, Corpus. Alia in subiecto quidem sunt, de nullo vero subiecto dicuntur, ut Accidentia singularia, hæc grammatica, hæc albedo. Alia de subiecto dnr et in subiecto etiam sunt, ut Accidentia Universalia, scientia, albedo, color. Alia neq in subiecto sunt, neq de subiecto ullo dicuntur, ut substantiæ singulares, Petrus, Bucephalus, hic canis.

QUÆSTIO PRIMA

Quod sit divisum prioris divisionis, et quomodo sit intelligendum.

Respond. diuisum prioris diuisionis secundum pro-
babiliorem sententiam esse voces significatiuas propriè, id
est, voces, quæ significant aliquid vel aliquæ, Vnde
patet Syncategoremata non comprehendi sub diuiso
huius diuisionis, ut a. ipsa diuisio melius intelligatur.
Notandum est, complexionem et simplicitatem seu
incomplexionem non accipi hoc loco secundum vocem,
sed secundum significationem et conceptum, ita vel
illæ voces dicantur complexæ hoc loco, q̃ tant mul-
tas significationes, et quib. auditis formantur mul-
ti conceptus, siue voces ipsæ complexæ sint siue simpli-
ces. Hinc litera A. hoc loco complexa diceretur,
si significaret idem, quod Animal rationale. Vox a.
simplex siue incomplexa dr hoc loco, q̃ vnam tm
significationem habet, vnumq̃ conceptum sibi respon-
dentem, etsi non sit vnum vocabulum, hac de caa
simplices voces hoc loco dicendæ sunt, Corpus ani-
matum, quatenus significat vnam quandam speciem
prædicamenti substantiæ, Alexander Magn. Sum-
mus Pontif. et aliæ voces eiusmodi. Hinc colligi
pt aliquod posse complexum ee voce, quod logici iu-
dicant ee minq̃ complexum, et contra voce incomple-
xum, quod logicus iudicet complexum, ut semper
nihil, et reliquæ orationes minores. Vtilitas
autem huius diuisionis est, ut sciamq̃ complexa
non ee ponenda in prædicamentis, nisi ratione suarum
partium. Si q̃ras: quare complexa incomplexis præ-
ponantur, eum tamen hæc illis simpliciora sint. Respon.
Tres caas dari posse, quia complexa confusa cognitione
nobis notiora sunt. 2da ut sciremq̃ ea quatenq̃ talia
sunt, à prædicamentis esse reijcienda, et sola incom-

plexa ee admittenda. 3.tia quia incomplexa Artes rursq
divisurus erat; quia aut. dividimq intentione subdi
videndi, membrum subdividendum posteriore loco collo
care solemq. Si 2.do quaeres cur pro exemplis incomplexo
rum adhibeat Artes voces complexas, nam Currit, vin
cit, ut omnia verba 3.tiae personae complexionem habere
videntur. utpote, q actionem significant et personam?
respond. Ammonius ea quidem complexa ee, adhibita
tamen ab Arte, quia 1.mo aspectu videntur incomple
xa, Exemplorum a. non requiri veritatem; Me
lius respondet hoc loco Tolet. videlicet, Vocum
complexionem sumendam penes ea, q significant non
penes ea, quae connotat, An alioquin omnia con
notativa complexa forent, cum significent formam,
et connotent subiectum, dicit igr nulla verba com
plexa ee, quamvis e. personam connotent, unam tn
formam, seu actionem proprie significant. Interim
tionem tn. negandum non est, verba 1.mae et 2.dae per
sonae sicut et verba illa 3.tiae personae, q determinatum
habent suppositum, ut tonat, pluit, ningit, ee
complexa secundum communem usurpationem, sed in
de non pt colligi, quod sint simpliciter complexa.

QUAESTIO SECUNDA.

Qualis sit divisio posterior, et quod nam eius divisum.

Duae sunt huius pstionis partes. quod ad priorem atti
net videlicet, qualis sit divisio, respond. aliqui sub
hac divisione duas contineri. Alteram eorum quae st,
id est, entium realium. Aliud substantia est, aliud

accidens. Et hanc dicunt esse divisionem analogi in ana
logata. Alteram eorum quæ sunt, alia universalia
sunt, alia particularia; Et hanc dicunt esse divisio
nem subiecti in accidentia, vel potius fundati in suas
intentiones: Quod verò ad Artis quadrimembrem
divisionem attinet, respond. illam secundum Ammonium
non tam divisionem esse quam entium enumerationem
quandam. Interim mihi non displicet, si modò sit a
liqua divisio, esse divisionem analogi in analogata
ita ut hunc sensum habeat, Eorum q̃ sunt, q̃dam st
substantiæ Universales, quibus convenit dici de
subiecto, sed in subiecto non esse, quædam substiæ
singulares quæ nec in subiecto sunt, nec de subcto
dicuntur: quædam accidentia Universalia, quæ
sunt in subiecto, et de subiecto dicuntur; quædam
accidentia singularia, quæ sunt quidem in subcto,
de nullo v.° subiecto dicuntur. Quod ad poste
riorem huius quæstionis partem attinet, videlicet
quodnam sit divisum huius divisionis respondet:
divisum esse id, quod complectitur ea omnia et
sola q̃ in recta p̃dicamentorum serie collocantur.
Erit itaq divisum ens per se reale finitum, com
pletum, quatenus incomplete et accommodatè ad
rerum naturam et ad prædicationis officium
significatur. Ens per se est illud, quod est
unius nãæ etiam essentiæ, ut homo, quantitas
qualitas &c. Et distinguitur ab ente per accidens
quod illud sit non unius nãæ, ut homo albq. Sed
potius aggregatio multarum naturarum: Homo

albus n. duplicem significat naam, hominis scilicet et albedinis. Ens reale est, cuius esse non pendet ab ulla intellectq creati operatione, ut homo planta quamvis n. haec in nullo intellectu creato respresentetur, tamen perfecte suum ee habere possunt. Et distinguitur tum ab ente rationis, cuius ee à nostri intellectq operatione dependet, ut ee genus, ee speciem tum à rebus fictitijs. Cuiusmodi sunt Chymaera, hircocervus. Ens finitum est quod secundum perfectionem essentiae suae certis finib. clauditur, etiamsi duratione aut quacunq alia extensione nullis terminis contineatur. Cuiusmodi sunt Animal, planta, Coeli, et Corpus infinitum, si dari potest: Et breviter omnes Creaturae, per hanc particulam solus DEUS excluditur à diviso, cuius perfectio essentiae nullis finib. circumscribi pt.

Ens completum est ens perfectum in aliquo genere, quod ita describitur: Ens completum est, quod nec ē pars alicuius entis realis per se, nec significatur per modum partis. Per priorem particulam excluduntur omnes partes, q̄ realiter componunt unam naam, ut maa, forma, item Caput, pes &c. Posterior ita intelligenda est, ut id dicatur per modum partis significari, quod significatur per modum adiacentis alicui rei illius p̄dicamenti. Ergo pacto omnes differentiae sive essentiales sive individuantes significantur ad modum partium, non autem album, nigrum, et alia connotativa p̄dicamentorum accidentium. Nam rationale significati per modum adiacentis alicui substantiae scilicet animali. Album aut. non significatur per modum adiacen-

tis alicui qualitati sed corpori, Per hanc itaq plam excluduntur omnes differentiae tam essentiales quam indiui duantes, utpote q tantum indirecte, et ex latere in categorijs seu praedicamentis ponuntur.
Quod autem diuisum tale sit quale diximus facile est probare. Nam duas 1mas particulas requiri probatur ex Arte 5. Metaph. c. 7. ubi ens per se et reale diuidit in ea q ponuntur in praedicamentis. Quod uero ad 3tiam particulam attinet uidelicet, debere ee ens finitum ita probari pt. quia DEUS I. O. M. qui solus est infinitus non ponitur in categorijs ut infra uidebitur. Sola q.o entia finita in praedicamentis ponuntur. Quartam partem uidelicet ee ens completum recte additam ee sic probr. In substantia non ponuntur entia incompleta. q.o nec in alijs catecogorijs. Probr Contia quia est par ratio. probr Ans. quia supremum genus non praedicatur essentialiter de differentijs neq de ullis partib. realib. substantiae. De maa tn et forma, q etiam st Consequentia incompleta, sic probari poterit. Si maa et forma ponuntur in substantia. q.o haec maa et haec fra itidem tanquam singulares substantiae qdam ponentur. Hoc negat a. Artes in c. de substantia asserens, oes substantias singulares significare hoc aliquid. 2do a. lib. de Aia c. 1. negat hanc maam et similiter hanc formam ee hoc aliquid. Negat igr Artes hanc maam et hanc formam, et per consequens maam et formam poni in praedicamento substantiae. Quare diuisum huius diuisionis, erit ens per se, reale, finitum, atq completum. Non est tamen negandum, reliqua omnia aliquo modo reuocari ad praedicamenta, uel ut partes, ut

entia per accidens, vel per fundamenta, ut entia ratio
nis, vel denique per entia completa, quorum partes sunt entia
incompleta. Sic mãa et forma hominis, item differentia
constituens hominem ad substantiam pertinet, privatio
nib. autem hoc proprium est, ut revocentur ad prædica
menta, in quib. collocantur formæ, quarum sunt privatio
nes. Sic Cæcitas in prædicamento qualitatis ponitur
in qua etiam ponitur visus. videatur Fonsec. lib. 2.
Institut. Dialect. c. 9.

QVÆSTIO. TERTIA.

Quid sit dici de subiecto, et quid ẽẽ in subiecto.

Ad minorem partem huius quæstionis communis ferè
responsio est omnium, dici de subiecto esse p̃dicari essen
tialiter de subiecto, sed quia etiam differentia p̃dican
tur essentialiter, q̃ tamen ab ijs, q̃ hic dividuntur, ex
clusæ sunt, ut patet ex p̃cedenti Quæstione, Responde
ri pt. dici de subiecto hoc loco significare prædi
cari quidditativè de inferiorib. hoc est omnib.
Universalib. q̃ in recta serie prædicamentorum ponun
tur, convenit.

Ad posteriorem partem respondet Arles, id in sub
iecto ẽẽ quod in aliquo quidem est, et non uti pars, ut sit
autem seorsim ab eo, in quo inest fieri nequit. Quæ defi
nitio accidentib. tantum convenit, habetq̃ tres conditio
nes. 1.ma est ut id, quod dr ẽẽ in subiecto sit in aliquo.
2.da non situt pars. 3. ut non possit existere sine eo
in quo est. Quæ conditiones omnes conveniunt albedini,
albedo n. est in aliquo V. g. in isto pariete, et n̄ tanquam
pars ipsius parietis, Et non potest etiam separata per se na
turaliter existere.

Hic observa ab Arle 4. Phys. c. 3. assignatos ee octo mos quib. dr ee aliquid in alio, qui his versiculis comphen-duntur.

Insunt Pars, totum, species, genus, utraq forma,
rex in regno, res in fine, locoq locato.

vide Conimb. Log. de his vel fol. 348.

Quib. addi pt motus q est aliquid in tempore, Item in-dumentum in corpore, et pileus in capite; Itaq hi omnes modi excluduntur per tres huius definitionis conditiones. Nam per 1.mam excluditur totum, quod non est in aliquo sed aliquibus, videlicet suis partib. per 2.dam excludun-tur partes sive essentiales, sive integrantes, sive sub-ctivae fuerint: Per hanc conditionem excluditur etiam forma substantialis respectu maae, quia licet forma substantialis non existat in maa, ut pars illius, tn. est in ea ut in altera parte entis per se, quod ex utroq maa scilicet et forma constituatur. Sic n. intelligenda est definitio, ut illud non ut pars di-catur ee in aliquo, q nec e pars illius in quo e, nec alicuius entis per se ex utroq constitui. Per 3.iam conditionem excluduntur modi reliqui, quib. aliqd dr ee in alio. Rex n. separatus ee pt à regno suo, res à fine, locatum à loco, et indumentum à cor-pore.

CAPUT TERTIUM

De Regulis praedicamentorum.

Prima Conclusio. Cum quidpiam de quopiam praedi-catur, ut de subiecto, ea, quae de praedicato dicuntur, etiam de subiecto dicentur. Sensq est, Cum aliquid

de aliquo p̄dicatur, ut de subiecto, id ē. essentialiter q̄cunq̄ prædicantur de prædicato (intellige ut de subiecto) etiam de 1mo dicentur subiecto, ut si de homine dicatur Animal essentialiter, de Animali a. substantia dicatur essentialiter, etiam de homine dicetur essentialiter substantia.

Docet igr hæc reg. non solum ea, q̄ prædicantur essentialiter ad idem prædicatm pertinere, ad quod pertinet ea, de quib. dnr, sed etiam quo loco debeant collocari singula, quæ aut. de alijs essentialiter dicuntur superiore loco ponenda sunt.

Secunda Conclusio Eorum q̄ sunt diversa gne et non ita se habent, ut alterum sub altero collocetur diversæ sunt Species et differentiæ. Ut Animalis et scientiæ, Species et differentiæ sunt diversæ. Eorum aut. generum, quorum unum sub altero collocatur, easdem ee differentias et Species nihil obstat. Sic Corporis et animalis eædem sunt Species videlicet homo et brutum. Eædem quoq differentiæ, rationale n. et irrationale sunt illorum generum differentiæ divisivæ, cum q̄cunq differentia dividit inferius, eadem quoq superius dividet. Similiter eorundem generum, Corporeum est differentia constitutiva, cum quæcunq differentia constituit superius, eadem quoq inferius constituat et sic Corporeum constituit Corpus et Animal.

CAPUT QUARTUM

De decem Prædicamentis in gne.

Prima Conclusio unumquodq̄ eorum, quæ nulla cum complexione dnr, aut substantiam, aut quantum, aut quale, aut ad aliquid, aut ubi, aut quando, aut situm, aut habere, aut agere, aut pati significat.

2.da Conclusio per se quidem horum singula, si dicantur, nullæ sunt prorsus affirmationes et negationes, etsi complexa dicantur, affirmatio fit aut negatio.

Quæstio.

Utrum diuisio rerum in Decem prædicamenta sit sufficiens?

Quod non. probr. 1.mo Ens est genus omnium entium, g.o unum est tantum prædicamentum. Prob. Antecedens, quia ens prædicatur quidditatiuè, et uniuocè de omnib. entib. non ut differentia, neq ut species, g.o ut genus. Quod prædicetur quidditatiuè patet: Cum ens in quidditate siue essentia cuiusq entis contineatur. Q. uniuocè sic probr. quia et nomen entis, et ratio entis, q est esse id, quod pt existere, uidetur ex æquo omnib. entib. conuenire. Probr. 2.do Accidens prædicatur de omnib. accidentib. essentialiter et uniuocè non ut species aut differentia. g.o ut gnus. Et per consequens duo tantum sunt prædicamenta, substantia uidelicet et accidens. Probr Ans et 1.mo quidem, quod essentialiter prædicetur, quia in essentia cuiusq accidentis essentialiter continetur. Quod uniuocè probr. quia nomen accidentis et definitio, quam Artes. c. 2. huius lib. tradit, ijs q sunt in subiecto omnib. uidetur æqualiter conuenire. Probr. 3. Entia rationis ad 10. genera reuocari non possunt, cum in ijs tantum sint entia realia. g.o pro illis unum prædicamentum assignandum e, et sic erunt undecim prædicamenta. Probr. 4. oia entia realia in his 10. prædicatis collocari nequeunt. g.o oportet

plura p̄dicamenta excogitare. Probr Ans, quia mā forma, Caput, manus sunt entia realia, neq tn in aliqua p̄dicamentorum serie ponuntur. q.° non omnia entia realia in his 20. prædicamentis ponuntur?

De numero Prædicamentorum variæ fuerunt sententiæ.

Plato unum voluit esse videlicet ens. Xenocrates, teste Simplicio, duo. Substantiam et accidens. Alij quatuor ēē prædicamenta asseruerunt, scilicet substantiam, Quantitatem, Qualitatem, et Relationem: Alij Actionem et passionem in uno ponunt prædicamento, atq ita q. tm statuunt. Alij etiam 9. prædicamenta ponentes ubi ad Quantitatem referunt: quo etiam nonnulli reducunt Quando. Pythagoras 20. ēē dicit: 20 positiva, et totidem privativa, quam opinionem redarguit Artes 1.° Metaph. c. 5. Communis tamen sententia est ēē decem. quam et nos sequimur. Et probr tam à posteriori quam priori.

A posteriori, id est, ab effectu hoc modo p̄dicamenta sunt quædam figuræ prædicationum seu modi p̄dicandi de primis substantijs. At huiusmodi sunt 20. Aut n. q̄ritur, quid sit Socrates? Et respondetur 2.da substantia, scilicet homo. Aut quantus? Et respondetur, Quantitas. Aut qualis? Et respondetur, qualitas. Aut cum quo refertur? Et respond: Relatio. Aut cum quo agit? Et respond: Actio. Aut quid patitur? Et respond. Passio. Aut in quo tempore existit? Et respond. Quando. Aut quo in loco existit? Et respond: Ubi. Aut quo situ, aut quo habitu est? Et respond:

Habitus. g.° decem sunt p̄dicamenta.
A priori, ut ex cāa hoc modo probr. 1.ma substantia e fundamentum et subiectum in quo cætera omnia entia tam substantiæ quàm accidentia insunt, et de quo prædicantur. Tot igitur prædicamenta sunt, quot sunt modi essendi in 1.ma substantia; Et ex consequenti, tot sunt modi p̄dicandi de eadem 1.ma substantia. Sed modi essendi in 1.ma substantia sunt 10. g.° Et decem prædicamenta erunt. Minor ex D. Thom. 5. Metaph. sect. 7. et 3. Phys. sect. 5. probr hoc modo. Id quod est in 1.ma substantia, aut pertinet ad essentiam eius aut non pertinet; si pertinet est 2.da substia cum multum accidens ad essentiam substantiæ pertinere possit. Si verò non pertinet, aut provenit ab intrinseco aut ab extrinseco, aut partim ab intrinseco aut ab extrinseco. Si ab intrinseco, aut est ens absolutum, aut respectivum, si absolutum aut provenit ratione mā, et est Quantitas, Omnes n. ac solæ res q̄ mā sunt participes quantitatem habent. Aut ratione formæ provenit et est Qualitas; omnes n. res finitæ, quæ formam habent per se suam qualitatem habent, ut lapis, homo &c. Si est ens relativum, pertinebit ad prædicamentum relationis. Quod si ab extrinseco provenit, aut provenit à mensura extrinseca durationis nempe à tempore, et est ee in tempore sive Quando. Aut à mensura extrinseca magnitudinis scilicet à loco, et ē ee in loco seu ubi, si tamen nulla ratio Ordinis partium in loco habeatur. Nam si Ordinis partium ratio habeatur, erit situm ee; si verò non provenit à mensura extrinseca rei, sed aliunde, ut indutum ee, Ornatum

ee, consurget p̄dicamentum Habitus. Si denique partium pro-
venit ab intrinseco, partim ab extrinseco, est actio
et passio. Actio quidem respectu rei, à qua tanquam
principio quodam proficiscitur, ut calefactio respectu ig-
nis. Passio verò respectu rei, in qua est terminus seu fi-
recepta, ut ipsa eadem calefactio respectu aquæ, in qua
recipitur calor, et est passio. Sunt igitur decem modi
essendi in 1.ma substantia, et ex consequenti 10. modi
prædicandi de ead. atq adeo 10. prædicamenta.
Ad 1.mum igr agtm respond. Ens accipi posse duobus
modis, 1.o quatenus significat existentiam et est
idem, quod existens, quo pacto de solis reb. existen-
tib dr. 2.do quatenus significat essentiam, quo pa-
cto dr de reb. q̄ non existunt. Priori igr modo
de nullo p̄dicatur essentialiter, immò nec necessario
(nisi de solo DEO) posteriori modo de omnibus
essentialiter dr, non tamen univocè, sed analogicè:
ut asserit Arles ad initium 4.ti 7. et 12. lib.
Metaph. et 2. Eth. c. 6. Sæpe etiam vocat Acci-
dentia entia sdm quid, ratio verò entis om-
nib. ex æquo accommodari pt minimè. Nam substan-
tia dnr simpliciter ee; Accidentia verò sdm quid
propter substantiam et per attributionem ad il-
lam tanquam ad subiectum. Deinde etiamsi ad-
mittatur, Ens ee univocum, adhuc tn. negari pt
illud ee genus, cum nullas habeat differentias, per
quas dividatur. Si n. haberet differentias, illæ aut
essent entia, aut non entia. Posterius dici non
pt, ut patet, nec etiam prius, quam si essent entia
in illarum definitione et essentia contineretur ip-
sum genus, scilicet ens ipsum in communi, q fieri
non posse in cap. de different. probatum est.

Ad 2.dum Argtm respond. Accidens etiam duob. modis sumi posse. 1.mo pro actuali inhærentia, quo pacto accidentaliter prædicatur de omnib. accidentib. quia non est de essentia accidentium actu inhærere subiecto. 2.do pro aptitudinali inhærentia, quo pacto de omnib. accidentib. essentialiter prædicatur, sed non univocè, quia ratio seu definitio accidentis analogicè convenit accidentib. secundum diversam attributionem accidentium ad substantiam. Quare particulæ propositæ in definitione eius, quod est in subiecto non univocè illigendæ sed analogicè, alio n. modo quantitas est in subiecto, alio modo qualitas, et sic de cæteris.

Ad 3. Argtm. respond. distinctionem entis in 10. prædicamenta esse divisionem entium realium, quò a. referri debeant entia rationis non convenit inter omnes. Quidam n. constituere voluerunt 11. prædicamentum in quo esse et entia rationis, sed magis placet, ut ea omnia revocemus ad prædicamenta rerum rerarum, q sunt eorum fundamenta, et q ab illis denominantur. De relationibus tn. rationis illud peculiare dici pt, eas omnes revocari aliquo modo ad prædicamentum relationis.

Ad 4. respond. Partes substantiarum ad substiam reductive pertinere, quò a. privationes et negationes pertineant, supra dictum est c. 2. qst. 2. huius lib.

CAPUT QUINTUM.

DE SUBSTANTIA.

Eadem huius lib. partem Artes orditur à substantia

quare autem inter prædicamenta primum locum obtineat substantia, id causa est. Imprimis quod substantia sit primum ens ad quod omnia accidentia referuntur. Deinde quod sit commune nomen accidentium subiectum. Denique quod naturæ ordine accidentib. prior sit. Ipsa n. à nullo accidente, à substantia vero omnia accidentia dependent. Sunt a. duæ huius capitis partes. In priori docet Artes quænam in hoc prædicamento collocentur et ea inter se comparat. In posteriori, substantiæ proprietates assignat.

2 2.da Conclusio. 2.da substantiæ dnr species, et earum specierum genera.

1 1.ma Conclusio prioris partis, substantia q̃ proprijssimè et maxime substantia dr ea est quæ neq de subiecto ullo dr, neq in ullo prorsus est subiecto.

3. Conclusio. Eorum q̃ de subiecto dicuntur et nomen et ratio, id est, definitio de subiecto necessario prædicatur.

4.ta Conclusio Eorum q̃ in subiecto sunt in plurimis neq nomen neq ratio prædicatur de subiecto, in aliquib. nomen quidem nihil prohibet de subiecto prædicari, rationem vero est impossibile. Observa rationem prædicari hoc loco significare, ita prædicari de subiecto, ut etiam definitio prædicati subiecto conveniat essentialiter.

5. Conclusio non existentib. 1.mis substantijs impossibile est vel secundas substantias, vel ulla accidentia existere.

6. Conclusio 2.darum substantiarum magis substantia est species quam genus. probr. 1.mo quia species propinquior est 1.mæ substantiæ. 2.do quemadmodum primæ substantiæ ad omnia reliqua se se habent, ita se species habet ad genus, utpote cui subijcitur. At primæ substantiæ ideo quod omnib. alijs subijciantur

et omnia illa alia de ipsis vel p̄dicentur, vel ipsis in sint, maxime substantiæ dicuntur. q.o inter secundas substantias species magis erit substantia quam genus.

Conclusio 7ma Ipsarum specierum quæcunq genera non sunt, id est, infimarum altera magis, altera substantia nulla est. prob. quia una species non magis p̄dicatur in quid de suo individuo quam altera.

8va Conclusio primarum substantiarum nulla magis quam altera substantia est.

9. Conclusio. Sola genera et species 1.marum substantiarum dnr 2.dæ substantiæ. probr 1.mo quia sola genera et species 1.marum substantiarum declarant earum naam, cum reliqua omnia q̄ de 1.mis substantijs dnr extraneè p̄dicentur. probr. 2.do quemadmodum 1.mæ substantiæ substant accidentib. ita etiam genera et species. q.o secunda sola genera et species 1.arum substantiarum dicuntur 2.dæ substantiæ.

Conclusio. 1.ma posterioris partis. Commune est oi substantiæ non ee in subiecto. probr de 1.ma substantia quia ea, nec est in subiecto, nec de subiecto aliquo dr. probr etiam de 2.da quia 2.da substantia illa vocatur q̄ dr de subiecto, sed non est in subiecto.

Conclio 2.da Inē substantijs (secundis) differentijq univoce ut p̄dicentur. probr, quia dnr de subiecto nomine et ratione.

Conclio. 3. Substantia hoc aliquid significare vdr sed non significat. 2.da n. substantia quale quid potiq significat.

Conclusio. 4. substijs nil contrarium e, sed non solis: hoc n. et quantitati convenit.

Conclusio 5. Substantia non suscipit gradq, ut sit magis minusve talis.

Conclusio. 6. Substantiæ maximè hoc ee proprium vdr, ut unum idemq numero permanens contraria suscipiat.

3

QUÆSTIO PRIMA.

Qualis sit ea divisio, qua distribuitur substantia in 1.mam et 2.dam

Notandum substantiam in 4. modis accipi. Primò pro essentia cuiusq rei, sive ea sit substantia, sive accidens. Secundò pro omni eo, quod non est accidens, quomodo etiam DEUS et Angeli substantiæ sunt. Tertio pro summo genere huius prædicamenti, id est, quod est primum prædicabile et principium eorum omnium q in recta huius prædicamenti serie ponuntur. Quarto pro ente per se reali finito, completo, quod per se subsistit, qualia sunt omnia, quæ in hoc prædicamento directo collocantur, sive genera sint, sive species, sive individua.

Nota.

Conclusio 1.ma Hæc divisio non e generis in species. probr. quia una specierum non e in alia, nec una corrupta corrumpitur alia. At in secundis substantijs sunt primæ, et destructis primis destruuntur 2.dæ go ista divisio non est in species.

generis

Conclusio 2.da Hæc divisio e analogi in analogata. probr. quia subyci magis convenit substantiæ 1.mæ q mxe subycitur. quam secundis.

Obycitur 1.mo substantia nullo dictorum 4 modorum accepta potuit dividi in 1.mam et 2.dam go ista divisio non est bona. probr Ans non 1.mo et 2.do quia latius pateret divisum quam membra dividentia. non 3.tio quia tum divisum contineretur in altero dividentium membrorum cum substantia, quæ est summum genus, sit etiam 2.da substantia. Non 4.to modo, quia sic consideratam e aliqua una naa, q in 1.mas et 2.das substias dividatur.

Respond. hic dividi substantiam in 4.ta significatione

sumpta, q̃ sic accepta licet non sit aliqua una nãa generica aut specifica huius prædicamenti, est tã una secundum subiectionis conditionem, q̃ unitas ad constituendam legitimam divisionem, sufficit cum alio modo primis, alio modo secundis substantijs conveniat.

Objicitur 2. Membra bonæ divisionis nunquã sunt ita inter se affecta, ut unum prædicetur de alio essentialiter. At 2da substantiæ nomine et ratione, id est essentialiter prædicantur de primis. g.o divisio non est bona. Respondet. Significata formalia membrorum dividentium non prædicari de se mutuo, neq. n. subiectio primæ substantiæ est essentialiter secundæ substantiæ subiectio, et hoc satis est, ut membra dividentia dicantur bene assignata. Res aut. q̃ denominantur 2.da substantiæ prædicari essentialiter de reb. q̃ denominantur 1.ma substantiæ nullum incommodum est.

QUÆSTIO SECUNDA.

Quid sit 1.ma quid sit 2.da substia?

Notandum: Id quod in substantia infimum locum habet varijs nominib. diversa tamen consideratione appellari. Vocatur n. individuum: quia in nulla inferiora dividi pt. Singulare, respectu Universalis sub quo continetur. Suppositum, quatenus per se subsistit. Persona, quatenus subsistit in aliqua nãa intellectuali. Prima substantia, quatenus accidentib. 1.mo substat. Quo aut. modo hæc inter se differant, et quod unumquodq substantiæ addat, alterius libri est, accurate discutere. Hic de 1.ma solum substantia agamus, quam Artes sic definivit: Substantia, q̃ proprijssime et 1.mo maximeq substantia dr ea est, quæ neq de subiecto ullo dr, neq in ullo prorsus est subiecto, dr proprijssime substantia quod per se 1.mo substet accidentib. non ratione alterius, 2.da vero sub,

stantiæ per 1.ma) additur autem 1.mo ut excludantur 2.dæ substantiæ q̃ non primo subijciuntur accidentib. sed ea tm̃ ratione, qua sunt in primis. (Dr. denique maxime) quia prima substantia tam ijs, quæ de ipsa tanquam de subiecto dicuntur, id est essentialiter U. g. secundis substantijs quam ijs, q̃ in ipsa sunt, ut sunt accidentia atq hæc tria attributa non ex parte definitionis sed ex parte definiti sunt intelligenda, ita ut definitum sit illud. Substantia q̃ proprijssime primo maximeq substantia dr: definitio vero sic, q̃ nec de subiecto aliquo dr, id est, de nullo inferiori prædicatur, nec in subiecto aliquo est, supple, inhæsionis. Loco generis illigitur ens prædicabile, per quod excluduntur omnes partes integrantes, ut hoc caput, hic pes, hæc manus &c. per priorem autem partem definitionis excluduntur substantiæ 2.dæ quia dnr de subiecto. Per posteriorem accidentia, quia sunt in subiecto. Secundarum vero substantiarum definitio hæc est. Secundæ substantiæ sunt species, in quib. ea, q̃ 1.mo dnr substantiæ insunt, et harum specierum genera. Quæ definitio sic illigenda est, 2.dæ substantiæ sunt species et genera, sub quib. in recta serie continentur 1.mæ substantiæ. per particulam. In recta serie, excluduntur differentiæ substantiarum, sub quib. continentur quidem primæ substantiæ tanquam partialia, sub universalib. sed non in rectâ serie.

Obijcitur 1.mo prima substantia aut ē singularis aut Universalis: si singularis definiri non pt: si universalis in definitione poni hæc particula non debuit; nec de subiecto aliquo dr, quia omne Universale dr de subiecto. Respond. hoc nomen 1.ma substia, ēē nomen connotativum, quod materiale significat omnes 1.mas substantias, ut Socatem, Platonem. formale vero quandam intentionem secundam, q̃ appellari pt subiectio 1.ma

quæ quidem intentio est universalis, sicut intentio individui, et prædicatur essentialiter de hac prima subiectione, quæ est in Socrate, et illa 1.ma subiectione, quæ est in Platone. Convenit igitur hæc definitio formaliter intentioni, quia illa est causa et ratio, quare fundamenta in nullo subiecto sint, nec de subiecto ullo dicantur. Denominative verò convenit fundamentis ipsis, Socrates n. et Plato sunt ea quæ nec de subiecto dicuntur, nec in subiecto ullo sunt.

Obycitur 2.do per puras negationes non assignatur bona divisio, hic aut. 1.ma substantia per plures negationes assignatur. g.o definitio non est bona.

Respond. 1.mo ex Ammonio, explici de causa negativas definitiones adhiberi, vel propter maximam definiti excellentiam; vel propter summam imperfectionem. Cum igitur 1.ma substantia, qua ratione substat accidentib. in suo genere perfectissima sit, merito per negationes definitur.

Respond. 2.do Non esse hic puras negationes, sed etiam positivi aliquid. Est n. prima substantia nam completa, quæ neq. de subiecto ullo dr, neq. in ullo prorsus est subiecto.

Respond. 3. cum Ammonio et Simplicio sub hisce negationib. affirmationes quasdam contineri. Quando n. dr 1.ma substantia non dr de subiecto intelligitur quod sit singularis, quando verò dr non esse in subiecto illigr quod sit res per se subsistens.

Obycitur 3.tio 2.da substantiæ definitio non habet aliquod definitum cui tribuatur. g.o est vitiosa. probr Contia. quia omnis definitio certo definito convenire debet probr. Ans. quia quodcunq assignatur, id erit vel genus vel species prædicamenti substantiæ. At neutrum horum potest esse definitum, oportet n. illud genus vel illam speciem sub se continere omnes secundas substantias, et ex con-

sequenti, etiam ipsum summum genus, quod fieri non pt.

Respond. In hac definitione quoq secundum aliquam intentionem praecipue et formaliter definiri, quae appellari pt 2.da subiectio, non autem substantiam aliquam unam omnib. substantijs secundis communem, quanquam nomen definiti accipiatur pro reb. q denominantur secundae substantiae atq adeo definitio illis denominative convenit.

Obijcit. 4.to 1.ma substantia in nullo prorsus est subiecto. g.o male dnr 2.dae substantiae ee genera et species, in quib. 1.mae substantiae insunt.

Quid sit ee in subiecto.

Respond. Id non sequi quia in subiecto ee est hre modum inexistendi accidentium, qui nulli substantiae convenit. Dnr a. 1.mae substiae ee in 2.dis, non tanquam in subiecto, sed tanquam in formis, quibusdam universalib. q nulla suo ambitu complectuntur.

DUBIUM UNICUM

Num verum sit quod Artes dicit, 1.mis substantijs sublatis tolli secundis.

Non ee verum, probr 1.mo quia in 4.to discrimine generis et spei expresse dicit Porphyrius, genus sublatum tollere speciem, sed non tolli à specie. probr 2.do quia hoc posito sequeretur bonam ee argumentationem à negatione inferioris ad negationem superiorum, cum tn is omnium iudicio ineptus sit argumentationis modus. His nihil obstantib. respondeo, verum ee quod Artes dicit, sed pro argumentorum solutione;

Notandum substantias considerari posse, vel quantum ad essentias, id est talem naa gradum, quem dicunt, vel Animal secundum naam sensitivam; homo sdm naam humanam, vel quantum ad existentias, id e, quantum ad ultimam suam perfectionem, qua existunt, et hnt ee extra intellectum.

Respond. igr. ad 1.mum Argtm: substantias 2.das tollere 1.mas et non contra; si considerentur quoad essentiam suam. Recte n. sequitur, si animal non est, nec homo est. Non aut. Contra. Si homo non e, nec animal est. Cuius rei hæc est ratio quod superiora sint de essentia intrinseca inferiorum, et non vice versa. Atq hoc tantum Porphyrius dicit, verum si spectentur quoad existentias, cum universalia non existant actu, nisi existentibus ipsorum singularib. verè dictum est ab Arte. sublatis 1.mis substantijs, simul etiam tolli secundas, quia si nec ullum individuum animalis existat, nec ullum individuum hominis actu sit, rectè infertur, nec animal actu existit. Neq hoc argumentum procedit à negatione inferioris ad negationem superiorum, ut sola obiectio infert, sed ut bene dicit Albert. ht vim suam per locum à sufficienti partium enumeratione: Non n. hæc vel illa 1.ma substantia sublata sed omnib. simul peremptis, tunc dicit Artes 2.das substantias quoq tolli, ut patet ex contextu.

QVÆSTIO TERTIA

Utrum DEVS sit in prædicamento substantiæ.

Esse in substantia opinantur Gregor. Arimensis 1. sententiar. dist. 8. q. 3. art. 2. Gabriel Diel, et nonnulli alij. Et probant 1.mo quia substantia univoce prædicatur de creaturis et de DEO, similiter species prædicatur univoce de DEO et Angelis, quia sicut nos ita etiam DEVS substantia dr. Item Caietan. sicuti Angeli ita et DEVS dicitur ee substantia corporis expers, q est definitio spiritus. g.o DEVS est in prædicamento substantiæ.

2.do D. Aug. lib. 5. de Trinit. c. 8. et 20. dicit, omnia p-
dicamenta praeter substantiam, relationem et actionem
metaphorice de DEO dici. haec a. tria proprie et non me-
taphorice.

Contrariam sententiam tuentur Mgr sententiar. 20.
sentiar. dist. 8. D. Thom. ibid. q. 4. art. 3. et Scot.
ibid. q. 3. Item D. Thom. 1.a part. q. 3. art. 5. Et
de potent. DEI. q. 6. a. 3. Albert. tract. 20. praedi-
camentor. c. 7.

Conclusio. Deus non est in p̄dicamento substiae probr.
1.mo quia ens quod dividitur in 20. summa genera est
ens finitum, ut supra dictum est. 2.do omnis substia
suscipit accidentia. g.o 3.tio magis distat DEVS t.
O. M. secundum essentiam suae perfectionis, et sdm mo-
dum essendi à quavis substantia creata, quam qualitas
à quantitate. Sed quantitas et qualitas ita distant
ut non conveniant in aliquo genere. g.o nec in substia.
4.to si DEVS ponitur in Categoria substantiae vel po-
nitur ut individuum, vel ut species: Non ut individuum
quia sic nihil impediret quo minus intelligere possemus plu-
res numero DEOS sub eadem specie, quod absurdissimum
est, Non ut species, quia si DEVS esset species constitue-
retur ex genere et differentia, deberet n. differre per
genus, quia in eo cum alijs conveniret. g.o per aliquam
differentiam, Et ex consequenti DEVS esset compositus
ex genere et differentia essentiali compositione. Ast
absurdum ee DEVm componi ex genere et differentia pro-
bat D. Thom. tum quia in DEO nulla est omnino com-
positio, cum sit simplicissimus et purissimus actus, tum quia
si DEVS ex genere et differentia adveniente et quasi in-
formante constitueretur, cum naa generis sit imperfecta, fi-
nita, et potentialis, sequeretur DEVm constitui ex naa im-
perfecta, finita, et potentiali. quo nihil absurdius.

Ad 1.mum Argtm 1.mae sententiae Respond. substantiam et spem non univoce praedicari de DEO, Creaturis et Angelis, sed analogice, quamvis n. ee corporis expertem.
Praeterea, quod solam corporis negationem significare videtur, eadem ratione 1.mo aspectu omnib. Corporis expertib. accommodari videatur, tamen fundamentum eius negationis, quod ijs verbis intelligimus, non est qd univocum, sed analogum.
Ad 2.dum Respond. quod q analogice dnr quaedam proprie praedicentur, ut ens de substantia et accidente, qdam metaphorice, ut videre de homine et pratis. Substia g.o relatio et actio latissime sumpta de DEO et creaturis analogice pdicantur, sed non metaphorice, et hoc tantum dicere voluit D. Aug. ut patet c. 20. eiusd. lib.

QUAESTIO QUARTA.

Utrum Angeli sunt in praedicamento substantiae.

Sunt qui putent Angelos non ee in praedicamento Substiae saltem ex Artis sententia. probr 1.mo secundum Ammonium, Simplicium, Boethium, Artes solum hic agit de substia composita sensibili. g.o non de Analogis.
2.do Angeli non sunt ex genere et differentia compositi. g.o non ponuntur in praedicamento substantiae. probr Ans, quia sunt puri actg, ut patet ex 8. metaph. c. 8. t. 16. 3tio Artes 12. Metaph. c. 4. assignans principia praedicamenti substantiae ponit materiam, formam, et privationem à quib. intelligentiae sunt omnino remotae. g.o 4to 20. metaph. c. 9. t. 39. dr quod corruptibile et incorruptibile differant genere. At intelligentiae sunt incorruptibiles

res corporeæ corruptibiles. g.° intelligentiæ differunt à reb. corporeis. g.°

Conclusio. Angeli etiam secundum Arlis sententiam ex gne et differentia compositi sunt: Accidentibus substant et verè in prædicamento substantiæ collocantur. Hæc conclusio est D. Thom. part. 1. q. 50. art. 2. Et probr. 1.mo accidentib. Arlis variis, quas videre licet apud Toletum hic q. 2. 3. metaph. 8. Metaph. et vi. et 1. Phys.

Probr. 2.do hæc est prædicatio essentialis. Intelligentia Cœli lunæ est intelligentia; Item intelligentia Cœli Martis est intelligentia. Hæc a. non est analogica prædicatio. g.° vel generis de specie, vel speciei de individuo. g.° intelligentiæ sunt in prædicamento. Quod non sit prædicatio Analogica probr. Quia ratio intelligentiæ non convenit uni prius, et per hanc alijs sed omnes illam participant, sine dependentia ab alia.

Probr. 3. Intelligentiæ possunt essentialiter definiri g.° constant genere et differentia, et quod hinc planè consequitur sunt in prædicamento substantiæ. Prob. 4.to In intelligentijs videmus operationes aliquas communes ut intelligere, movere, et aliquas differentes, una n. celerius movet, alia tardius. g.° necessariò conficitur istis respondere substantiam genericam essentialem, et differentias essentiales, undè istæ operationes per se nascuntur.

Ad 1.mum argtm contrarium negatur Arlem hic agere de sola substantia sensibili. Nam definitiones 1.æ et 2.æ substantiæ, item communitates et proprietates suo gradu etiam intelligentijs conveniunt.

Ad 2.dum argtm negatur Ans. Ad probationem Respond. intelligentias vocari isto loco actus puros, eò quod non habeant compositionem physicam q̃ constat ex mãa et forma. Nec sequitur: Sunt actus simplices et primi. g.° ca

rent genere et differentia, quia quamvis puri sint, non tamen sunt purissimi et simplicissimi.

Quaeres, unde sumenda sit ~~in~~ differentia. Respond. eam sumi ex una eademq. re simplici, ipsa scilicet Angelica naa rationem quidem generis secundum communem naam. Rationem v.o differentiae secundum naam peculiarem et propriam. Vel ex communi naa omnium angelorum, quae est, quod sint species, sumitur conceptus generis sdm quam dicuntur substantiae incorporeae. Ex naa v. cuiusq. Angeli propria et peculiari sumitur differentia.

Angelis ratio et

Ad 3. Respond: Artem non loqui ibi de intelligentijs, sed postea lib. vi. prius a. agit de principijs substantiae sensibilis, quia haec apparet maxime nobis substantia.

Ad 8. respondet D. Thomas eo loco, Corruptibile et incorruptibile differre genere Physico, id et maa. respondet 2.do Caietanus c. 1. de Analogia nominum, differre genere physico, id est, secundum ee perfectius, non aut. secundum absolutam naam gneris. respond. 3.tio si allegatum locum bene consideremq. differre genere ibi nil aliud ee, quam differre specie, nam cum l. 29. et 25. dixisset, differentiam specificam fieri per contrarietatem, quaerit hoc lm d. t. 26. An incorruptibile, et Corruptibile faciant differentiam specificam. Et respond. affre; Unde etiam reprehendit Platonem, quod hominem Corruptibilem et incorruptibilem dixerit eiusdem ee speciei.

QUAESTIO QUINTA.

Quomodo sit substantiae proprium in subiecto non ee.

Respondet: si loquamur de substantia, quatenus distin-

quitur contra accns ee 4.to modo proprium. Sin autem acci-
piamus substantiam sicut facit A. pro solis substantijs
completis. Dico proprium ee secundo modo, quia omni con-
venit sed non soli. Convenit n. differentijs quoq; et sub-
stantiarum partibq.

QVAESTIO SEXTA.

Quomodo sit substantijs proprium univoce praedicari.

Respond. Si loquamur de substantijs secundis ee proprium 2do
modo, quia competit omnib. sed non solis cum etiam illa-
rum differentijs conveniat, si autem loquamur absolute
de substantijs completis, nullo modo proprium erit, quia
nec solis convenit, cum etiam differentijs tribuatur, nec
omnibus, quia primis substantijs non convenit.
Obijcitur differentiae non habent definitionem q.o nec
univoce praedicari possunt. Respond. quamvis defini-
tionem propriam genere et differentia constantem ha-
bere non possint, habent tamen descriptionem quandam,
quam ipsarum naa explicatur, et secundum hanc de 1ma
substantia pdicantur univoce.

QVAESTIO SEPTIMA.

Utrum omnis substantia significet hoc aliquid.

Notandum 1.mo dictionem quid, id est aliquid saepe apud
Artem sumi pro quacunq re hoc aut loco accipitur pro
substantia praedicamentali.
Notandum 2do particulam Hoc, cum sit demonstrativa
significare singularitatem, q demonstratur, Universale
n. nec percipi sensu, nec digito aut quovis alio modo de-
monstrari pt.

Notandum 3.tio distinctionem Quale, hoc loco significare communitatem quandam vel Universalitatem à qua res dicitur universalis.

Ex his patet hunc esse propositæ Quæstionis sensum; utrum omnis substantia significet substantiam prædicamentalem singularem, id est, conceptu singulari. Adieci, sub conceptu singulari, quia certum est secundas substantias esse re easdem cum primis, ac proinde eandem rem significare, sed differunt in significandi modo. Nam 1.æ substantiæ significant rem conditione singularitatis, id est, qua ratione plurib. communicari nequit. 2.dæ substantiæ significant eandem rem cum conditione universalitatis, id est, quatenus rei non repugnat plurib. communicari.

Conclusio 1.ma omnis substantia videtur significare hoc aliquid, videlicet singularem substantiam sub conceptu singulari. probr. quia in primis substantijs indubitatum id est, cum revera individuum sit, unumq numero, quod ijs significatur. De 2.dis vero substantijs. probr. quia nomina 2darum substantiarum cum primarum substantiarum nominib. similem ferè habent appellationem. Solemq n. V. G. Platonem qui est 1.ma substantia, et Platonem nominare nomine proprio, et hominem et animal, q sunt nomina secundarum substantiarum.

Conclusio 2.da 2.dæ substantiæ revera non significant hoc aliquid. probr. quia res significata nominib. secundarum substantiarum est Universalis q.o non hoc aliquid. Probr. Ans quia prædicatur de plurib. ut homo de Petro et Joanne, Animal de homine, Leone, bove &c.

Conclusio 3. 2.dæ substantiæ significant Quale quid, id est substantiam universalem probat 2.da d. Contio.

Obycitur 1.mo si secundæ substantiæ significent Quale Quid. g.o debent poni in p̄dicamento qualitatis sicut album et nigrum. Respond. negando consequentiam. Aliter n. secundæ substantiæ significant qualitatem aliter Album nigrum, Album n. significat quale absolutè, ita ut nil aliud quam qualitatem significet, id est, Album ex suo proprio et formali significato nihil significat quam qualitatem quandam accidentalem, et ideo pertinet ad p̄dicamentum Qualitatis et in Quale p̄dicatur. 2.da a. substantiæ non solum qualitatem, sed substantiam qualem significant. Unde etiam dn̄r significare non simpliciter quale, sed quale quid, Contra g.o saltem p̄dicabuntur in Quale quid sicut differentiæ. Resp. hoc non sequi, quia 2.dæ substantiæ non significant qualitatem ad modum qualitatis sicut differentiæ neq ex sua formali significatione, ut statim dicetur.

Obycitur 2.do Universalitas est quoddam accidens seu relatio rationis. At nomina secundarum substantiarum, ut animal homo, non relationem rationis, sed naas quasdam reales significant. g.o non significant substantiam universalem. Respond. ad minorem, quemadmodum vox Socratis dr̄ significare substantiam singularem non quod singularitatem ipsam cum substantia designet, sed quia significat naturam humanam cum principio individuationis, Cui sic significatæ necessario competit singularitas: Ita vox, homo, et sic de reliquis dr̄ significare 2dam substantiam, sive universalem, non quod designet simul naam humanam et universitalitatem, sed quia significat naam humanam certo quodam modo, id est, universaliter conceptam, Cui sic significatæ necessario competit ratio universalitatis, vel brevius; 2.dæ substantiæ significant universalitatem, non ut rem significatam, sed

ut conditionem rei significatæ, atq hoc satis est, ut vere dicantur substantiæ significare Quale Quid. Hinc etiam sequitur merito secundas substantias non prædicari in Quale, sed in Quid. Quæ n. prædicantur in Quale ex sua formali significatione debet significare aut formam accidentariam, ut accidentia, respectu subiecti aut qualitatem essentialem, ut differentiæ substantiarum, quorum neutrum secundis substantijs convenit.

DUBIUM. I.um

Quoto modo sit hoc attributum Edis substantijs proprium.

Respondeo, inderi hoc aliquid significare ee proprium 2.do modo, quia omni convenit, sed non soli. Nam et differentiæ et concreta accidentium omnium, q de 1.mis substantijs vere et affre prædicantur et videntur significare hoc aliquid. Quæres quoto modo sit proprium substantiæ significare hoc aliquid. Respondet. Si de vocib. id est (illis n. solis convenit) omnium substantiarum prædicabilium loquamur ee 1.mo modo proprium, quia solis quidem, sed omnibus convenit, cum nomina secundarum substantiarum non significent hoc aliquid: Sin a. de nominib. primarum substantiarum tantum, dico ee proprium 4.to modo, quia convenit omni, soli ac semper.

QUAESTIO. OCTAVA.

An sit substantijs aliquid contrarium?

Esse substantijs aliquid contrarium probr. m.a Ignis et aqua contraria sunt texte Arte. 2. de generat. t. 24. Ast hæc sunt substantiæ. g.o substantijs

est aliquid contrarium. 2.do quod corrumpitur à suo contrario corrumpitur. At substantiæ corrumpuntur. g.o à suis contrarijs, et consequenter habent contraria. 3.tio Ita distant inter se homo et leo, sicut Album et nigrum. At hæc sunt contraria, g.o et illa. 4.to forma substantialis est substantia, quia non est accidens, At hæc sunt contraria. g.o probat n. id Artes 1. Phys c. 5. Et adhuc probr, quia homo fit ex non homine tanquam ex contrario. 5.to differentiæ essentiales dividentes genera, ut rationale et irrationale, sunt substantiæ. At hæ sibi invicem contrariæ sunt. g.o substantijs est aliquid contrarium.

Notandum 1.mo quædam ee contraria per se, q̃ ratione sui contraria dicuntur, ut calor et frigus; quædam per accidens, ut scilicet ratione contrariorum per se, quib. affecta sunt, contraria dicuntur; quo modo contraria sunt Ignis et aqua, propter contrarias qualitates, quas in se habent.

Notandum 2.do Aliud ee contrarium Physicum aliud Logicum. Contrarium Physicum multo latius patet, quam logicum. Logica contraria dnr illa, quib. hæ conditiones conveniunt. 1.ma quod sub eodem sit genere. 2.da quod sint formæ positivæ. 3.tia quod mutuo inter se pugnent, et agant circa idem subiectum, à quo vicissitudine quadam alterum alterum expellat. Est igr Artis sententia, per se et contrate logicâ nullam substantiam alteri contrariam ee, quod cum omni substantiæ conveniat, sed non soli secundo modo proprium erit.

Respond. itaq ad 1.m argtm Ignem et aqua non ee per se contraria, sed secundum qualitates, quas habent, calorem scilicet et frigus, quib. inter se pugnant.

Ad 2.dum similiter dico substantias corrumpi tm per qualitates contrarias, quib. sunt affectæ.

Ad 3.tum dico, non, quæcunq diversa sunt, contraria hic dici, sed ea tm. quib. tres Pietæ conditiones insunt. Insunt a. calido et frigido, non a. homini et leoni, ut pote q se vicissim ab eodem subiecto non expellant.

Ad 4. dico, fram et privationem non ee contraria logica, sed Physica tantum, eò quod privatio, ut non homo sit aliquid positivum.

Ad 5. respond. differentias huiusmodi divisivas, non ee verè contrarias sed improprie tantum, cum n expellant se se ab eodem subiecto, neq n. idem aial successivè rationale et irrationale ee potest.

QVÆSTIO. NONA.

Vtrum substantia suscipiat gradus, ut sit magis minusve talis?

Quod suscipiat probr 1.mo quia hoc cap. sic expressè Arles loquitur, quare et ex his species genere substantia magis est, ipsarum vero specierum quæcunq genera non sunt altera magis, altera substantia minq nulla est. g.o una substantia magis est substantia quàm altera.

2.do 8. metaph. c. 1. t. 2. dicit Arles genus ee magis substantiam quam speciem, et Vniversale quàm singulare.

3. lib. 1. de generat. c. 3. t. 8. dicit compositam substantiam magis ee substantiam quàm sit maa et fia.

4.to 8. metaph. t. 20. dicit formas substantiales secundum se quidem ee sicut numero non suscipientes magis vel minq, At in maa suscipere magis et minq.

Notandum 1.mo 4. modis aliquid dici magis substantia

apud Artem 1.mo quia perfectius est nobilius est. 2.do quia nobis notius. 3. quia magis substat. 4. magis substantia dr illa, quæ in sua nãa habet intentionem secundum quam invenitur magis substantia, quàm erat, et hoc nõ negat Artes substantiam suscipere magis et minus. quod cum omnib. substantijs et præter illas etiam quantitati conveniat. 2.do modo proprium est.

Ad 1.mum argtm respond. 1.as substantias magis dici substantias quàm 2das, et species magis substantias quàm genera, quia magis substant. Contra hanc sequeretur; Equum magis ee substantiam quàm hominem, quod tã expresse negat Artes, dum dicit: neq 1.as substantias inter se collocatas, nec species infimas speciebus separatas magis aut minus ee substantias.

Hoc a. sequi probr, quia Equus plurib. substat substantijs quàm homo, cum etiam brutum de ipso pdicetur.

Pro solutione huius instantiæ

Notandum 1.mam substantiam non propterea vocari 1.mam quòd omnib. omnino substantijs 2dis, accidentibusq subjiciatur, sic n. Socrates non est substantia 1.ma sed quod substat omnib. prædicatis sui ordinis, neq ad genus supremum, et insuper omnib. accidentib. tum proprijs, id est, ijs q 1.mo conveniunt secundis substantijs, tum etiam suis individuantib.

Dico igr hinc recte colligi substantiam q pauciorib. subiecta fuerit in eodem ordine minus ee substantiam, quàm sit illa q in eodem ordine subiecta est plurib. Non tamen inde sequitur, substantiam q in uno ordine plurib. subiecta fuerit, magis ee substantiam altera, quæ in alio ordine subiecta sit pauciorib. Unde cum equus et homo sint alterius ordinis, non sequitur Equum ee magis substantiam quàm hominem, cum ille plurib.

substet quam hic. Dices quomodo igr. Arles vocat 1.mas substantias aeque substantias et similiter species infimas?
Respond. id factum ee propter quandam proportionem ac similitudinem, non aut. ppea, q aeque multis substent quemadmodum n. Socrates dr 1.ma substantia, quia omnib. in suo ordine subijcitur. Sic etiam Brecephalus, quia in suo ordine omnib. subijcitur, et pari ratione sicut homo secundum locum obtinet in ratione substandi, quia proxime accedit ad 1.mas substantias, sic etiam equus, atq ita de caeteris.
Ad 2.dum respond. Vniuersalia magis dici substantiam quam singularia, quia nobiliora sunt ex perfectiora.
Ad 3. respond. Eodem modo compositum magis dici substantiam, quia perfectius est, forma et maa, cum hae tantum partes, illud aut. totum quippiam sit.
Ad. 8. respond. fram non ee magis substantiam, quam maam, collocant tn. substantiae dici perfectionem. Vel alio modo respond. sententiam reciorem ee: fram non suscipere magis et ming, secundum se, sed ratione conditionum et proprietatum maalium indiuiduantium ipsam formam in maa.

QVAESTIO DECIMA.

Quomodo proprium sit substantiae subijcere contrarium?

Omissis aliorum de hac re sententijs breuiter resp. 1.mo hoc attributum tantum 1.mae substantiae 4.to modo conuenire. probr. quia omni, soli ac semper conuenit, 2.dae n. substantiae, quatenus 2.dae non recipiunt in se contraria accidentalia, sed quatenus sunt in 1.mis
Resp. 2.do posse hoc attributum etiam dici 4.to modo sub,

stantiæ prædicamentali convenire, ita tamen ut actua-
lis susceptio contrariorum 1.mo conveniat substantijs 1.mis
susceptivum a. ee contrariorum conveniat 1.mo substantiæ
prædicamentali in communi, dd inferiorib. Ita Conimb. hoc
loco Est. 3.

Obycitur 1.mo omne ens ut dicunt Physici, determinatum
est ad unum contrariorum, ita ut abhorreat à contra-
rietate. g.o substantia non est susceptiva contrariorum.
Respond. omne ens dici determinatum ad unum contrario-
rum, quia eodem tempore duo simul contraria non admittit,
quin autem successivè et diversis temporib. contraria
suscipere possit nil impedit.

Obycitur 2.do Oratio et opinio suscipit contraria. g.o
non sola substantia. probr. Antecedens, quia si dicam
Socratem sedere, et ita sentiam eo sedente, vera est
et oratio et opinio, si surgat, utraq falsa. Respond.
1.mo cum Arle in 6. Etiamsi concedatur orationem
et opinionem suscipere contraria, non tamen inde confi-
ci hoc attributum non convenire soli substantiæ,
quia ad hoc in modo suscipiendi diversitas est, quia sub-
stantia recipit contraria cum sui immutatione, O-
ratio autem et opinio non idem, sed cum mutatione
rei significatæ. Respond. orationem et opinionem
proprie et partite loquendo non suscipere contraria,
quod sic probatur. Recipere contrarium est aliquid
novum et reale a se distinctum, ut patet in aqua
dum calorem et frigus suscipit. Oratio autem et opinio
non ita recipiunt veritatem et falsitatem, quia veri-
tas et falsitas non sunt entia realia in oratione et
opinione cohærentia sed relationes orationis veræ sci-
licet ac falsæ significantis. Quare oratio et opinio
ob extrinseco dnr veræ et falsæ.

Obycitur 3. Eadem superficies numero recipit albe-

dinem et nigredinem, Item intellectus nunc scientiam nunc inscitiam. Eadem voluntas nunc odium, nunc amorem. q.o hoc attributum non convenit soli substantiae. Ans patet. Cons. probr. Voluntas, superficies, intellectus non sunt substantiae sed accidentia.

Respond. per distractionem duob. modis aliquid posse recipere contraria, videlicet, vel ut subiectum quod vel ut subiectum quo. Subiectum quod est id quod recipit ipsa contraria. Subiectum quo est id quo mediante aliud recipit ipsa contraria. posteriori q.o modo concedo accidentia posse recipere contraria priori vero, nego. Artes aut priori modo est intelligendus.

CAPUT SEXTUM
DE QUANTITATE

Quare substantiae subiungatur Quantitas hae sunt eae. 1.ma Affinitas quam habet cum substantia, quoad substandi conditionem. Substat n. et quantitas suo modo multis accidentib. videlicet ut subiectum quo. 2.da quia reliquis accidentib. aliquo modo prior est non quidem secundum perfectionem, sed quatenus q.o dammodo illorum subiectum est. 3. quia duas proprietates cum substantia communes habet, ut praecedent. cap. diximus. Sunt a. duae huius cap. partes. In priori divisiones huius quantitatis et eius species ponuntur, In posteriori proprietates seu attributa eiusdem assignantur.

Prima propositio, Quantum partim est continuum partim discretum. Discretum est, cuius partes nullo communi termino copulantur, ut numerus et oratio

Continuum ē cuius partes communi aliquo termino con-
uinguntur, ut linea, superficies, locus et corpus.
Notandum hoc loco concretum pro abstracto poni, quo-
modo videlicet quantitate non quod concreta per
se in p̄dicamentis ponantur, hoc n. super negauimus, sed
quia concreta magis composita sunt, ac proinde nobis
quodamodo abstractis notiora.
2.da Propositio quantum partim ex partib. positio-
nem habentib. constat ut linea, superficies, corpus.
partim ex non habentib. positionem, ut numerus tempus
oratio.
3. Propositio quantorum alia per se quanta sunt ut
species hactenus enumeratæ, Alia per accidens, q̄ ratione
dictarum specierum dicuntur quanta.
Prima Propositio posterioris partis, Quantitati nihil
est contrarium. probr. Nec determinatæ quantitates
sunt contrariæ, ut bicubitum, tricubitum, Nec inde-
terminatum, ut superficies, linea &c. hoc attributum ē
quantitati proprium 2.do modo, quia omni conuenit, non
tamen soli, cum etiam substantiæ conueniat.
Obijcitur 1.mo Magno paruum contrarium ē, et mul-
tum pareo. g. quantitati aliquid est contrarium.
Respond. Artes 1.mo illas non ēē quantitates, tum
quia non absolute dicuntur, sed comparatione aliorum,
quod relatiuis conuenit, tum quia magnum et par-
uum non quantitatem sed excessum potius quanti-
tatis vel defectum significant.
Notandum hæc vocabula abstracta (magnitudo,
multitudo longitudo) dupliciter accipi. 1.mo quatenus
significant absolutas quantitates, ita ut magnitudo idem
sit, quod quantitas continua. Multitudo idem sit, quod
quantitas discreta, longitudo, quod linea. Sic igitur

sumpta et ipsa et ipsorum concreta huc pertinent, sed nullam contrarietatem admittunt. 2.do quatenus significant relationes quasdam excessus et defectus. Atq hoc sensu Artes negat magnum et parvum esse Quantitates. Resp. 2.do per negationem Antecedentis, probatq magnum et parvum non esse simpliciter contraria. 1.mo quia non sunt formae absolutè et per se sumptae. 2.do quia utrumq idem simul inesse potest diverso respectu.

Obijcitur 2.do locus superus et inferus maximè contraria sunt q.o Quantitati aliquid contrarium est. probr. Consequentia, quia locus est Quantitas. probr. Ans. quia inter locum superum et inferum maxima est distantia. 2.do quia contrariorum aliorum distantia ab hac appellata est. Hanc obiectionem non solvit Artes, est tamen illius eadem solutio, q superioris.

2.da Propositio. Quantitas non suscipit magis aut minus.

3. Propositio maximè proprium est Quantitati secundum eam aequale aliquid aut inaequale dici. id est aptitudo ad habendam per se relationem aequalitatis vel inaequalitatis est maximè propria Quantitati. Hanc explicationem adjicio, quia cum aequalitas et inaequalitas sint quidam relationes, proprietas Quantitatis tertia non est ipsa relatio aequalitatis aut inaequalitatis, nec est habere actu aequalitatis vel inaequalitatis relationem, quia si una tantum Quantitas existeret esset quidem vera quantitas et tamen nec esset actu aequalis nec inaequalis, cum nulla esset alia Quantitas cui illa aequalis aut inaequalis diceretur: Proprietas igr. 3.tia Quantitatis est aptitudo ad habendam per se relationem aequalitatis vel inaequalitatis.

Quæstio 1.ma

Quid sit quantitas et in quo eius ratio consistat?

Notandum 1.mo Quantitatem ꝛplr accipi, 1.mo metaphorice pro ipsa rei bonitate vel certo gradu virtutis et essentiæ, quomodo dicimus: Magnus Dominus et laudabilis nimis psal. 144. Et hæc dr quantitas virtutis, convenitq reb. omnib. sive corporeæ sint sive incorporeæ. 2.do proprie pro Quantitate corporum secundum quam ipsa corpora extensa sunt, vel numerari possunt. Et hæc dr Quantitas molis, atq in solis corporib. invenitur. Hic igr de Quantitate in 2.da acceptione tantum agitur quam Arles 5. Metaph. c. 13. in concreto sic definit: Quantum est quod est divisibile in ea, q̃ ĩ sunt, quorum utrumq aut unumquodq unum quid aptum est ee.

Quæres. Cur hic non definiverit Arles Quantitatem.

Respond. quia ipsius institutum non est ipsas rerum naas hoc loco indagare, sed potius genera et species in categorias redigere. Deinde quia per species quas tradidit utcunq eius naa pt cognosci, interim negandum non est, cum potuisse hic obiter quantitatem definire hoc modo. Quantitas est secundum quam res dicuntur quantæ, quem admodum postea quantitatem describit, sed quia res dnr quantæ à quantitate continua. Discretæ verò dnr quotæ, definitionem quantitatis existimavit omittendam.

Notandum 2.do quantum multa tribere suo subiecto 1.mo dat partes quarum singulæ per se ee possunt, et rationem Quanti sortiri. 2.do dat subiecto, quod sit divisibile. 3.tio quod sit mensurabile. 4.to dat ei extensionem partium. 5. ee finitum vel infinitum. 6. ee æquale vel inæquale.

Notandum 3.tio Aliud est quod mensuratur, hoc est enim ipsum corpus; Aliud cuius nomine mensuramus, quod est ipsa quantitas corpori inhaerens; Aliud quo mensuramus, quod est aliquid quantum, quo utimur tanquam certa quadam mensura in mensurandis alijs quantitatib. Talia sunt ulna, modicus ꝑ quorum multiplicatione sive repetitione caetera quanta mensurantur. Id ratione cuius mensuramus vocatur mensurabilitas, mensura passiva et formalis mensura, per accommodationem. Id quo mensuramus dr mensura activa et instrumentalis mensura per repetitionem. Quo sensu Artes 20. metaph. c. 3. Unitatem vocavit mensuram eo quod mensura hoc modo accepta debeat esse quippiam certum ac stabile, cui nihil aufferri aut addi possit. Utrumque a. hoc quantitas subiecto fratr tribuit: Est n. ratio cur corpus sit mensura mensurans et corpus sit mensurabile.

Conclusio 1.ma ratio formalis quantitatis non consistit in eo, quod sit mensura substantiae. probr. vel n. intelligitur mensura activa vel passiva; si activa, ea non pt esse formalis ratio quantitatis. Ratio n. formalis debet ex aequo omnib. subiectis specieb. convenire. At esse mensuram activam analogice tantum subiectis specieb. convenit; prius n. quantitati discretae convenit, posterius continuae quatenus scilicet quodammodo participet naam quantitatis discretae, quatenus aliqua quantitas continua in ratione unitatis assumatur, ut ea deinde metiamur alia quanta, ut docet Artes 20. metaph. c. 2. Si intelligitur mensura passiva iam quidem ista proprietas quidam est sed essentia quantitatis posterior.

Conclusio 2.da divisibilitas in partes eiusdem rationis

non est ratio formalis Quantitatis. Prob. quia divisibilitas est posterior Quantitate. Non enim propterea aliquid est Quantum, quia divisibile, sed quia Quantum, ideo est divisibile. Obycies. Artes ut ante dictum est, Quantum definit per divisibile. q.o divisibilitas est ratio formalis Quantitatis. Probr. Consequentia quia unumquodq per suam formalem rationem definiri debet. Respond. negando consequentiam: Et ad eius probationem dico, veram non esse nisi in definitionib. essentialib. q genere proximo, et differentia propria constant. In describendis autem reb. illis, quae essentialem definitionem non admittunt, qualis est quantitas, et reliqua summa genera, satis est si differentiae loco ponatur aliqua proprietas re definienda utcunq notior, atq eo consilio Artes per divisibile Quantum definiunt: vulgo n notiq est quid sit divisibile, quam Quantum.

3tia Conclusio formalis Quantitatis ratio non est quod sit extensio partium, id est, quod faciat partes esse extra se se, quia adhuc illa partium extensione aliquid videtur esse prius videlicet componi ex partib.

Conclusio 4. formalis ratio Quantitatis est, esse ens per se extensum, sive secundum magnitudinem sive secundum durationem. probr. quia quemadmodum 1.a ratio substantiae, ex qua nihil peculiare prius cerni pt in substantia, est ut sit ens per se subsistens, id est, habeat esse non in subiecto inhaesionis, sic etiam nihil peculiare prius reperiri pt in Quantitate quam quod sit per se extensa, id est, non ratione alicuius alterius habeat extensionem quandam partium. Et confirmatur, quia in illam rationem formalem omnes passiones Quantitatis resol-

uantur, passiones n. Quantitatis hæ sunt, 1.ma diuisibilitas in partes extensa. 2.da ee finitum. 3. ee æquale vel inæquale. 4.ta ee mensurabile. Quas omnes resolui in istam rationem formalem patet. Interrogati n. quare Quantitas sit diuisibilis, quare finita, quare æqualis, quare mensurabilis, apte respondebitur, quod sit ens per se extensum.

QVAESTIO 2da

Qualis sit diuisio, qua Quantitas in continuam et discretam diuiditur; item qua distribuitur in illa cuius partes positionem habent, et in illa, cuius partes positionem non habent?

R.deo priorem ee genus per diffias in species distributionem, quia continuum ee et discretum sunt duæ Quantitatis differentiæ, q duo subalterna genera constituunt. Altera magnitudinem, altera multitudinem. Quod ad posteriorem partem attinet, diuersæ sunt sententiæ. Aliq n. dicunt eam ee subiecti in accidentia, Accidit n. Quantitati partium positionem habere vel non habere. Sed D. Thomas in alia est sententia. Asserit n. sæpe habere positionem partium ee differentiam Quantitatis constitutam cuiusdam speciei, qua Artes 5. metaph. c. 13. vocat magnitudinem, et quam diuidit in lineam superficiem et corpus. Hæc igr sententia probabilior ee videtur, nam habere partium positionem ita accidit Quantitati ut in Quantitate continua constituat quandam speciem, magnitudinem scilicet. Iuxta hanc itaq sententiam erit diuisio generis per quandam differentiam scilicet constare ex partib. non habentib. positionem, et per negationem circumscribit alias differentias aliarum specierum, quæ sub con,,

tinua Quantitate continentur. Hæc autem diuisio re-
duci pt ad diuisionem generis per differentias.
Quæres, sit ne idem Quantitatem ee continuam et po-
sitionem habere. Respond. Non ee idem, ut n. aliquid
positionem habere dicatur, hæ requiruntur conditiones
1.ma ut habeat partes inter se continuas. 2.da ut illæ
partes sint permanentes. 3.tia ut quæq illarum situm
aliquem peculiarem habeat in toto sine subiecto, id e
collocaõem certam, q non mutetur, nisi mutetur et
totum. Hinc sequitur 1.mo tantum 4. ee Quantita-
tes hanc positionem habentes, lineam, superficiem, cor-
pus et locum. In illis n. solis hæ omnes conditiones
requiruntur. Sequitur 2.do tres ee q eandem non
habent, tempus scilicet defectu secundæ conditionis
numerum defectu primæ, Orationem defectu 1.mæ
et secundæ. Sequitur 3. quod qrebatur non ee
idem Quantitatem continuam ee, et positionem
habere. Item ee Quantitatem discretam et carere par-
tib. positionem inter se habentib.

QVALSTIO. 3.tia

Vtrum numerus sit discretæ Quan-
titatis species.

Conclusio est affirmans. Et probr authoritate Aristo-
hoc cap. in quo probat numerum ee speciem Quantitatis
discretæ, tum 5. Metaph. c. 13. ubi dicit. Numerum ee
per se Quantitatem. Probr. 2.do quia numerus est ens
prædicamentale per se extensum secundum multitudinem
quia omnes Quantitatis proprietates illi conueniunt.
Est n. æqualis vel inæqualis, finitus vel infinitus.
Item est mensura substantiæ. Probr. 3. quia numerus

obiectum ē scientiæ Arithmeticæ, de quo demonstrantur passiones. g° est species quædam quantitatis.
Obijcitur in angelis nulla est Quantitas, sed in Angelis ē numerus. g° numerus est non quantitas. Probr. maior quia in Angelis non est nulla mā, q sit Quantitatis principium. Probr. minor. quia decies centena millia ministrant DEO, ut inquit scriptura.
Pro solutione huius obiectionis. Notandum unitatem ēē duplicem. Unam transcendentalem, Alteram p̄dicamentalem. prior omnib. convenit reb. eo n. quod res ē sive sit corporea sive incorporea, una ē. convertitur n. cum ente tanquam passio ipsius. Arte 7. metaph. c. 4. neq supra ens aliquod aliud addit, quam negationem divisionis, Unde unitas sive unum hoc modo sumptum nihil est aliud, quam ens indivisum: Ex hac autem multitudine conflatur numerus, q dr transcendens, quo numeramq substantias incorporeas, albedines, et reliqua accidentia, licet non per se sint Quanta. Unitas aut. prædicamentalis solum convenit reb. corporeis seu continuis. Unum n. p̄dicamentale significat ens continuum indivisum. Et ex hac unitatem multitudine conflatur numerq, q est species huius prædicamenti, ut patet ex Arte c. 23. Phys. t. 62. ubi docet numerum fieri ex divisione continui, Item numerum ēē plura una et Quanta: Et 5. metaph. c. 13. t. 18. ubi docet numerum ēē multitudinem continuorum. Obiectio igr solvitur distinctione minoris. In Angelis n. ē numerus transcendens, q non ē huius prædicamenti species: Nos aut. cum Arte de numero p̄dicamentali loquimur.

DUBIUM. 1.um

Quare collectio Unitatum prædicamentalium, quæ dr numerus sit unum ens reale per se, atq species Quantitatis. collectio vero Unitatum transcendentalium non sit ens reale, et species Quantitatis.

Ut hoc dubium soluatur, notandum est, inter transcendentalem unitatem et prædicamentalem hoc esse discrimen, quod scilicet Unitas transcendentalis sit simpliciter priuatiua seu negatiua, quia unum transcendens non addit supra ens nisi priuationem vel negationem diuisionis, cum nihil aliud sit quam ens, quatenus est diuisum. Unitas vero prædicamentalis sit simpliciter positiua, licet connotet aliquam negationem. Unum enim prædicamentale habet supra se substantiam, quæ est eius subiectum aliquid positiuum, cum nihil sit quam substantia, quatenus habet esse continuum.

Ad dubium quo respond. quia entia priuatiua, quatenus sunt priuatiua non sunt simpliciter entia, inde fieri, ut ex unitatib. transcendentalib. quæ ut dictum est simpliciter priuatiuæ sunt non fiat aliquod ens reale sed numerus transcendens qui est ens quoddam rationis, sed quia entia positiua sunt simpliciter entia et unitates prædicamentales sunt positiuæ inde fieri, ut numerus prædicamentalis, qui ex iis componitur, sit ens reale, et poni possit in aliquo prædicamento scilicet Quantitatis. Ex hactenus dictis colligi potest, numerum hic non sumi pro numero numerante, qui secundum Platonem est intellectus vel anima rationalis, nec pro numero numerante, id est, pro reb. quæ numerantur, sed pro

formali numero, qui e quoddam accidens, à quo hoes vel equi formaliter appellantur duo vel tres, cuius numeri duplex assignari solet definitio. 1.ma Numerus est multitudo mensurata per unum. 2.da Numerus est multitudo ex unitatib. aggregata.

QUAESTIO 2.ta

Utrum oratio sit Quantitatis discretae species.

Notandum 1.mo Orationem hoc loco non sumi pro oratione mentali, quia haec est qualitas, nec pro oratione scripta quia haec, quoad atramentum est substantia, quoad formam litterarum est Qualitas, nec tamen etiam tam stricte accipitur, ut in lib. de interpret. pro sola videlicet voce, cuius pars aliqua est significativa, sed accipitur pro aggregatione ex multis vocib. syllabarum, sive pro illis tenorib. quib. syllabae proferuntur, sive duo tantum sint sive plures, sive illis significetur aliquid sive nihil,

Notandum 2.do hanc orationem habere pro subiecto Quo, id est, instrumentali vocem id est, illum sonum qui effrictur in aere ex collisione linguae, palati, dentium. Pro subiecto Quod, aerem, cui etiam vox inhaeret. to

Notandum 3. discretionem esse triplicem. Alteram subiecti, qua illa dicuntur esse discreta, q duob. subiectis discretis insunt, V. g. Albedo lactis et nivis. Hanc discretionem non habet oratio, quia in eodem aere omnes percussiones syllabarum recipiuntur. Alteram formae quando scilicet duae formae insunt uni subiecto, ut albedo et dulcedo lacti, Illam discretionem admittit oratio, quia discretae syllabarum extensiones eidem insunt

Notandum. 4.to In hac de qua loquimur, voce tria

posse considerari. 1.mo eius essentiam scilicet id, ratione cuius est sonus. 2.do aliquid quod se se ad modum qualitatis habeat scilicet quod sit acuta, gravis, sonora, rauca. 3.tio quandam extensionem seu copulentiam ipsius vocis, secundum quam magna vox, brevis, longa, aequalis vel inaequalis dr. Et haec est vocis Quantitas, qua minor est in una, quam in altera.

Notandum 5.to Orationem dici istum numerum horum temporum, syllabarum, successivarum et discretarum. Imo non solum esse numerum, vel multitudinem horum temporum, sed superaddere temporum diversitatem et ordinem; ita ut alia sit oratio, Populus pro arbore, Item alia, pro multitudine hominum, Unde patet sub hac ratione contineri omnia carminum genera, et pedes carminum.

DUBIUM.

Utrum oratio sic accepta sit discreta Quantitas?

Tolet. hic qst. 2. affirmat, et favet illi tam Artis Authoritas tum eiusdem ratio. Quia scilicet oratio longa, brevis syllaba mensuratur. Si Quaeras, quid interest hanc orationem et numerum discriminis sit? Resp. Hoc esse, quod numerus sit ratio partium discretarum permanentium, Oratio vero ratio partium successivarum discretarum. Alijs magis placet, Orationem non esse speciem Quantitatis. Poni autem ab Arte in hoc praedicamento, non ex propria sed ex aliorum sententia. Quae sententia.

Probs 1.mo quia ipse Artes 5. Metaph. c. 14. enumerans species qualitatis non meminit orationis. 2.do quia orationi tantum per accidens Quantitatis proprietates conveniunt. Longitudo n. et brevitas, q sunt passiones Qualitatis non conveniunt partib. orationis nisi per

accidens, videlicet ratione temporis, aut motus aëris percussi ad arteriam vocalem, ex quo fit sonus vocis. Hi, ad Artis rationem respondent, Partes orationis mensurari non per se, sed per accidens, ratione temporis aut motus.

Conclusio Harum duarum sententiarum posterior mihi probabilior videtur, si tamen cuidam non displiceat sententia Toleti, tum propter rationes dictas tum propter concentum musicum, qui non videtur aliunde posse confici, quam ex corpulentia, et intrinseca intentio, quam habet una vox ad alteram hanc sequatur.

Ad 1.mum Argum pro posteriori sententia allatum, poterit responderi 1.mo ibi agere Artem tantum de Quantitate permanente, et sic misum non esse si praeter miserit orationem, quae est ratio partium transcendentium. 2.do orationem ibi sub numero comprehensam esse, non n. ibi de numero partis loquitur prout ab oratione distinguitur, sed quatenus idem est, quod multitudo.

Ad 2.dum vero respond. Id quod sumitur verum non esse, neq n. solo tempore mensuratur oratio, sed ut antea dictum est intrinseca quadam extensione et Corpulentia, q tempus vocis ab aliis discretum tempus dr. Unde quando syllabae dicuntur habere tempus, non intelligitur de tempore quod est hora, dies vel annus; sed de ista intrinseca extensione et dilatione vocis, q maior est in una, quam in alia.

QUAESTIO 5.

Utrum punctum, linea, superficies, Cor,

pus sint species Quantitatis continuae.

Notandum Quantitatem continuam esse cuius partes communi aliquo termino copulantur, quod sic unam partem terminat, ut unus idemq etiam aliam terminet partem, ac proinde neutrius proprius utriusq autem communis sit. Hunc Euclides punctum definit, cuius pars nulla est, vel quod magnitudinem nullam habet. Definitur etiam quod sit unitas positionem seu situm habens in continuo seu magnitudine. Quid aut. reliqua sit, hac ratione declarari pt.

Supponendum itaq 1.mo Cum 3plex sit divisio, 1.ma quoad longitudinem. 2.da quoad latitudinem. 3.tia quoad profunditatem, punctum sdm omnem divisionem esse indivisibile. Hoc posito fingamus punctum fluere vestigium illud quod ex fluxu puncti relinquetur, erit longitudo, sive ulla latitudine et profunditate, q longitudo appellatur linea. Quod si fingamus hanc lineam fluere versus latus relinquetur planities quedam latitudo scilicet sine profunditate, q planities dr superficies. Rursum si superficiem sursum aut deorsum ruere fingamus, relinquetur 3plex dimensio: longitudo scilicet, latitudo et profunditas, q triplex dimensio est Corporis. Hinc facile est singularum istarum Specierum dare definitionem, Est n. linea, ut ait Aristoteles 5. Metaph. c. 13. Quantitas continua, cuius partes copulantur puncto; vel q uno tantum modo est divisibilis scilicet quoad longitudinem, vel q una tantum constat divisione. Superficies est quantitas continua, q duob. modis dividi pt: scilicet quoad longitudinem et latitudinem. Vel quae constat duab. dimensionib. Vel cuius partes copulantur lineâ.

Corpus est quantitas continua cuius partes copulantur superficie; vel q̄ trib. modis diuisibilis est scilicet quoad longitudinem, vel latitudinem et profunditatem, vel q̄ tinæ diuisionis capax est.

Conclusio 1.ma Punctum est quantitatis species, sed reductiue ad quantitatem pertinet, quia nulla passio quantitatis ei conuenit, cum nec diuidi nec mensurari possit, et quia est ens incompletum, quantitatisue principium.

Conclusio 2.da linea, superficies, corpus, sunt veræ species quantitatis continuæ. probr 1.mum quia habent partes extra partes. g.o sunt quantitates. 2.do horum trium partes copulantur aliquo communi termino, ut partes lineæ puncto, superficiei linea, partes corporis superficie. g.o sunt quantitatis continuæ species.

Obycitur 1.mo linea et superficies sunt incompletæ quantitates. g.o non sunt veræ species huius p̄dicamenti. Contra patet. Ans probr. quia linea est formalis pars superficiei, et superficies corporis. Pro solutione huius obiectionis

Notandum partes continuæ quantitatis ee duplices. Alias integrales (q̄ etiam dici solent maales) q̄ terminis communibus copulantur. Alias formatas quæ sunt ipsi termini communes adeo formales appellatæ, quod efficiant continuitatem partium, quas copulant. Priores sunt eiusdem naæ cum toto vel partes lineæ sunt lineæ; posteriores sunt eiusd. naæ non item. 2.do partes integrales ijsdem omnino modis diuiduntur, quib. totum. Formales a. sunt et dnr indiuisibiles, eo quod careant diuisione partium, quas copulant. Ad obiectionem igr resp. lineam et superficiem quatenus termini sunt dimensioni non ee veras species, sed entia incompleta, quatenus vero sunt dimensiones et ipsæ constant ex partib. maalib. ee entia completa, veraq̄ quantitatis species.

Obycitur 2.do Omne accidens habet subectum adæquatum, linea et superficies non habent subiectum adæquatum. q.o non sunt accidentia, ac proinde nec Quantitas nec Quantitatis species. Probr. minor quia si huiusmodi subiectum haberent daretur aliqua substantia, quæ solam haberet longitudinem et aliqua quæ solam haberet latitudinem, quod fieri nequit. Respond. 1.mo ad maiorem: non ee accidens scilicet subiectum adæquatum, sed simplex tantum quodq non est compositum nec rursum omne simplex, sed id tantum, quod ita est completum, ut non etiam sit incompletum, huiusmodi accidens est Corpus, linea vero et superficies ita sunt accidentia completa, ut sint etiam incompleta, et ideo non necessario habent subiectum adæquatum. Respond. 2.do ad minorem lineam et superficiem aliquo modo habere adæquata subiecta, lineam quidem secundum longitudinem, superficiem a. secundum latitudinem. hoc sensu ut linea sit in substantia, q non est longior quam sit talis linea, superficies in substantia n magis quoad longitudinem et latitudinem extensa, quam ipsa superficies.

Obycitur 3.tio Corpus est species substantiæ q.o non Quantitatis. Respond. idem diverso respectu posse in variis categoriis poni. Sunt a. variæ Corporis acceptiones. primo n. sumitur pro toto Composito substantiali ex maa et fra conflato, et sic est genus subalternum substantiæ. 2.do pro altera parte viventis et sic est reductive in substantia 3.tio pro Quantitate seu profunditate, q est accidens substantiæ, et sic est species huius prædicamenti.

QUÆSTIO 6.ta

Utrum locus sit Quantitatis spes à superficie distincta?

Existimant nonnulli Artem secundum Veterum sententiam locum ad Quantitatem retulisse, Opinabantur a. Antiqui locum esse totum illud spatium longum, latum et profundum quod est inter latera ambientis corporis. Alij putant Artem hic intelligere per locum superficiem concavam Corporis ambientis, et hunc locum dicunt esse Speciem Quantitatis continuae à superficie distinctam. Si Quaeras quomodo locus distinguatur à superficie. Respond. in eo distingui, quod locus praeter latitudinem quam solam habet superficies etiam relationem continentiae ad corpus locatum significet. Si Obycias inde sequi locum esse quid compositum accidens, cum significat superficiem per relationem ad locatum. Respond. locum non significare aequaliter illa duo, sed proprie significare superficiem, insinuanter vero relationem ad locum. Sed hisce Obycitur. Si praecipue significet superficiem, connotat a. relationem, non est Species à superficie distincta quia unumquodque ponitur in Categoria secundum id quod proprie et principaliter significat, non autem secundum id quod connotat. Potest etiam illis objici ex hac sententia: sequi falsum esse illud Artis dictum, scilicet partes loci eodem termino copulari quo partes locati. V. g. Aquae in puteo contentae ab eo termino, quo copulantur partes superficiei ambientis, quia huius partes copulantur illius superficie.

3.tio impugnatur eadem sententia 2.da si locus est superficies corporis continentis est Species Quantitatis à superficie distincta, pari ratione linea concava corporis ambientis deberet esse Species distincta linea connexa locati, et sic plures essent Species Quantitatis.

Ad Quaest. igr. respond. 1.mo locum hic de quo Arist. loquitur non esse Quantitatem, poni tamen in hoc praedicamento ex sententia Veterum. respond. si locus sumatur quatenus respicit locatum pertinere ad praedicamentum ad aliquid. respond. 3. si locus accipiatur pro superficie corporis ambientis esse Quantitatem continuam, sed non distinctam essentialiter à superficie; Quae a sit ratio formalis loci in Physicis explicatur.

QUAESTIO 7.ma

Sitne Tempus Species Quantitatis continuae?

Non esse probr. 1.mo Tempus est numerus motus, ut habetur in 4. Physic. c. 11. At nullus numerus est species Quantitatis continuae g.o Probr. 2.do Tempus est Quantum per accidens eo quod continuum sit ratione motus continui, ut inquit Arist. 5. Metaph. c. 3. g.o tempus non est species Quantitatis. Probr. 3. Tempus pendet ab anima. g.o potius est ens rationis, quam species Quantitatis continuae. pro parte tamen opposita non desunt argumenta: Quod n. sit ens reale. probr. Omnis motus fit in tempore 3. Phys. c. 1. et 4. Phys. c. ult. Sed motus esse pt sine anima. V. g. motus lapidis cadentis. g.o et tempus esse pt sine anima: alioquin n. daretur motus sine tempore. Quod Arist. impossibile putat in princip. 3. Physic. g.o tempus est ens reale. Quod sit Quantitas probatur quia est per se extensum secundum successionem, Quod sit continua Quantitas probr. in textu, quia ipsius termino aliquo communi instanti videlicet probr. copulatur.

Notandum tempus posse dupliciter considerari 1.mo

quatenus est duratio quædam successiva, qualis est duratio cuiusq motus. 2. quatenus est duratio certa ab hominib. præscripta. Quo pacto solemq distingere tempus in Annum, Mensem, diem, horam. Priori modo tempus est ens reale, quia convenit reb. sublatâ omni intellectq operatione. At posteriori modo formaliter est ens rationis, compendia ab operatione intellectq. Hoc posito respond. Tempus esse speciem Quantitatis continuæ si priori modo consideretur, quod Argumenta pro affirmativa sententia allata probant.

Ad 1.^mam q.^o rationem pro parte negativa respond. Artem definijsse tempus posteriori modo consideratum, et sic acceptum continuum esse, quia re ipsa continuum quidpiam est, solaq intellectq operatione in partes quasdam à nobis dividitur qui formaliter quidem numerq est ab anima numerante factq: Quod igr ad argumentum attinet neganda est maior propositio propter distinctionem temporis iam allatam. Ad 2.^dum resp. Artem minq proprie ibi usum esse verbo (per accidens) ut notavit Alexander, nec aliud velle quam tempus esse qm præsuppositive id est supposito aliquo Quanto. ad continuitatem n. temporis requiritur continuitas motq, inde tn. non efficitur tempus non esse essentialiter Quantitatem. Potest n. dici Artem quando dicit tempus esse Quantum per accidens intelligere esse Quantitatem per aliud Quantitas de ipso prædicatur. effective tamen pendet ab alia Quantitate videlicet à motu à quo effective habet suum esse Quantitatis. Esse n. Quantum per aliud hoc modo non tollit esse Quantitatem per se, Quo pacto n. calor per se est formaliter Qualitas, etiam si effective pendeat ab igne aut ab alio calore.

non quidem formaliter sed effective, et ita tempus intrinsece est essentialiter Quantitas est, neq per aliud

Respond. ad 3.tium Arist. loqui de tempore posteriori modo accepto, quo modo hic non sumitur.

QUAESTIO 8.na

Utrum motus sit Quantitatis continua species?

Notandum 1.no ex Arist. metaph. c. 12. Motum proprie dictum esse triplicem. 1.mum ad Quantitatem et vocatur auctio et diminutio. 2.do ad Qualitatem et dicitur alteratio. 3.tio ad Ubi. qui vocatur latio sive loci mutatio.

Notandum 2.do Motum s. potissimum modis accipi. 1.mo quatenus est idem re cum eo quod acquiritur per motum, ita ut calefactio V. g. sit idem quod calor qui per calefactionem acquiritur, et hoc modo nulla peculiaris est habenda ratio, ut in aliquo praedicamento ponatur. Nam in praedicamentis non ponuntur res, quatenus res sunt, sed secundum quandam rationem et considerationem entis, alioquin eum passio et actio essent una res, item albedo et similitudo deberent ambae esse in eodem praedicamento, cum contrarium videmus. 2.do sumitur motus quatenus ab agente profertur et hoc modo actio, et ponitur in praedicamento actionis. 3.tio quatenus in patiente recipitur, et sic dr passio, ponitque in praedicamento passionis. 4.to quatenus est firi imperfecta acquisitio, et hoc considerato proprie est ipsius motus, quatenus est motus, et secundum hanc non ponitur per se in aliquo praedicamento, sed reducitur ad ea praedicamenta in quib. collocantur formae, q. acquiruntur per motum, ut Accretio ad Quantitatem, Alteratio ad Qualitatem, Latio sive loci mutatio ad ubi. Ratio est, quia motus quatenus motus

non differt a fra, q acquiritur nisi ut imperfectum, et in acquisitione consistens ab eo quod perfectum et plane acquisitum est. Cum igr imperfecta et incompleta reducantur ad ea q perfecta sunt et completa, efficitur ut motus sit in ijs pdicamentis, in quib. sunt formæ q motu acquiruntur. 5.to Motus sumitur quatenus est per se extensus et divisibilis in partes copulatas illo communi termino, qui est mutatum ee.

Conclusio Si motus consideretur 5.to modo est sdm probabiliorem sententiam species Quantitatis continuæ hic tamen observandum. Quando dicimus motum quatenus extensus est ee speciem Quantitatis continuæ idem ee ac si diceremus ipsam extensionem sive continuitatem motus, q est eius quasi passio, ee speciem Quantitatis continuæ.

Probr Conclusio et 1.mo quidem quod motus hic acceptus sit quantitas, quia est per se divisibilis in partes eiusdem rationis, qlibet n. pars motus e motus. Deinde quia est per se mensura substantiæ quoad velocitatem et tarditatem, quod continua sit patet ex Arte qui in principio 3. Phys. Ait motum ee de genere continuorum et ad initium 6. Phys. demonstrat motum ee divisibilem in infinitum, q continuorum proprium est. Idem probr ratione quia partes copulantur eius communi aliquo termino quem Artes 6. Phys. vocat mutatum ee, Ut n. partes lineæ copulantur puncto, et partes temporis instanti, sic etiam partes motus mutato ee.

CAPUT SEPTIMUM.

q. 2. de principijs omnis syllogismi. p. 284.
q. 3. quidnam sit syllogismus. p. 284.
d. 1. An de fine syllogismi sit eadem. p. 286.
d. 2. An solus et vis syllogismus sit argumentatio formalis. p. 286.
d. 3. An genus sit de entia syllogismi. p. 287.
q. 4. quotuplex sit syllogismus. p. 288.
Ca. 2. dum et 3. in de quaestione propositionum. p. 292.
Cap. 4. 5. 6. et 7. de figuris et modis syllogismorum ex propositionibus de inesse. p. 295.
Dis. de figuris et modis syllogismorum. p. 296.
q. 1. Utrum sint tantum tres figurae syllogismorum. p. 296.
q. 2. De modis syllogisticis. 298.
Cap. 8. usque ad 2. dum. De modis lib. syllogis. p. 300.
Cap. 2. dum et reliqua usque ad finem libri.
De quibusdam ad syllogismum pertinentibus. p. 301.
q. unica. de inventione medij termini. p. 302.
Suma lib. 2. di Priorum Analyt. p. 306.
Commentarij in duos lib. Artis de posteriore resolutione.
Proëmium. p. 307.
De inscriptione, obiecto, discipline ac ordine horum librorum. p. 308.
Cap. 1. De praecognitis. 309.
Dis. de praecognitionibus et praecognitis. p. 310.
q. 1. num Artes praecognitae et praecognita recte assignaverit. p. 302.
q. 2. quae sint nomina cuiusque praecogniti. p. 315.
Cap. 2. de demonstratione. 320.
Dis. de entia demonstrationis

p. 321
q. 1. et 2.ª de fine demonstrationis p. 322.
q. 2. de 2.da demonstrationis de fine. p. 323.
Cap. 3. de quibus sit demonstratio p. 327.
de quo sit propositio nota per se et quotuplex. p. 328.
Ca. 4. de predicatis s. passionibus. p. 330.
d. 1. quando sit predicatum de omni p. 331.
d. 2. quot. sint predicata per se. 333.
d. 3. quando sit predictum ut de. 336.
Cap. 6. et 7. De materia demonstrationis. p. 339.
Ca. 8. De principijs demonstrationis p. 340
Ca. 10. De speciebus dis. de speciebus demonstrationis. p. 341.
q. utrum demonstrationes de datis in propositione quid et quia. p. 341

d. 1. An haec divisio demonstrationis sit univoci, an potius analogi. p. 343.
d. 2. quando sit causa proxima, quando remota. p. 345.
Summa reliquorum capitum usque ad finem libri. p. 347.
In librum 2.dum posterior. Arist. prefatio. p. 348.
quando sit praestantissimum demonstrationis medium. p. 349.
disp. de habitib. ilitg. 351.
q. 1. quae sit natura, subiectum, causa, divisio etc: habitum.
Ar. 1.
An et quid sit habitus. p. 351
Ar. 2.
In quo subiecto insint habitus. p. 354
Ar. 3.
quae sit causa efficiens habitum. p. 356.
Ar. 4.
Quales habitus divisiones explicantur. p. 358.

q. 2. An praeter species ilegibiles, dentur habitus ilitg, necne. p. 360.
Ar. quae sint eigmi habitus ilitg. p. 361.
q. 3. quando sit habitus principiorum
Ar. 1.
Quid sint principia et quotuplicia sint. p. 364.
q. 4. An detur scientia de novo acquisita. Ar. 1.
Rationes ostenditur, scientiam posse dari. p. 367.
Ar. 2.
Scientiam de novo acquiri. 369.
Ar. 3.
Scientiam distinguitur ab habitu principiorum. p. 371
q. 5. de natura et divisione scientiae
Ar. 1.
quid sit scientia proprie dicta. 372
Ar. 2.
quotuplex sit scientia. p. 375. et 376.

DE HIS QUAE SUNT AD ALIQUID.

Quantitati naturae ordine Qualitas deberet succedere 1.mo quia res absolutae cuiusmodi est qualitas, naa priores sunt respectivis. 2.do quia qualitas est multarum relationum fundamentum. 3. quia Aristoteles 5. Metaph. c. 12. relationi qualitatem praesupposuit, quod etiam fecit huius lib. c. 4. ubi Categorias enumerat, sed quia praecedenti cap. multa sunt de relatis dicta cum disputaretur de magno et parvo essentne contraria; doctrinae ordo postulat, ut non diutius relationum tractatio differatur: sunt a. c. huius partes 3. In quarum 1.ma ponitur definitio relatorum Aristotelis tempore usurpata. In 2.da 4 relativorum attributa. In 3. rejecta Veterum definitione alia perfectior quaedam assignatur.

1.ma Partis propositio Ea dicuntur ad aliquid quae id quod sunt aliorum esse aut ad aliquid aliud aliquo modo dicuntur. In hac definitione particula (Ea generis, reliq differentiae locum supplent) sensus est a. hic relata dicuntur ea, id est entia realia, ut excludantur relata rationis. Quae id quod sunt, idem secundum essentias et naturas suas aliorum esse dicuntur, id est, per habitudinem ad sua correlativa in genitivo casu accepta explicantur ut pater est filij, pater, et filius est patris filius. aut ad aliud aliquo modo dicuntur, id est per habitudinem ad sua correlativa in alijs casib. accepta nonnunquam explicantur, ut cum dicimus simile est simili simile.

Quaeres quam relata hac definitione comprehendantur. Re

omnia realia tam ea q̄ sunt secundum dici quam sdm esse.
Si obycias sola relata sdm ēe hac definitione contineri, ut
quæ secundum suas essentias ad aliud referantur. Rx id non
sequi inde, quanquam n. sola relativa secundum ēe essen-
tialiter, et secundum suas essentias referantur ad aliud
tamen non solum illa, sed etiam relativa secundum dici
secundum suas essentias et nāas dicuntur ad aliud, id ē
explicantur per habitudinem ad aliud, quæ duo multū
differunt: Referri n. ad aliud secundum essentiam, et
totam alicuius essentiam nil aliud ēe quam habitudi-
nem seu respectum ad aliud: Dici a. ad aliud se-
cundum essentiam est non posse explicari essentiam
quamvis ea simpliciter absoluta sit nisi per relationem
ad aliud. Licet igitur primo solis relativis secundum ēe
secundum tamen dici omnibus accommodatur. Quare cum
hæc definitio dici ad aliud sit assignata, et dr ut
ea et relata secundum dici contineantur. Porro ex-
empla relativorum secundum dici hæc ab Arte assig-
nantur, habitus, dispositio, scientia ac positio,
q̄ primario significant res absolutas atq adeo ad alia
prædicamenta pertinent; etsi relationib. quibusd.
explicari soleant; dicitur n. habitus rei habilis
habitus, dispositio rei dispositæ dispositio, scientia
rei scibilis scientia, et positio rei positæ positio.
2.da Partis propositio. In his quæ ad aliquid
sunt contrarietas quædam est. probr. quia vir-
tus et initium q̄ relata sunt, inter se contraria sunt.
Hoc neq solis relatis convenit: nam et Qualitatib. tri-
buitur, nec omnib. ut patet in textu, sed aliquibus
tantum videlicet relativis secundum dici, vel etiam
relativis secundum ēe non tamen per se, sed per accidens
scilicet fundamentorum, alioquin n. ipse secum pugna-
ret Artes, qui in præcedentib. etiam dixit, quod per
se ipsum non pt, sed ad aliud refertur, non posse habere
contraria.

Secunda propositio. Relata suscipiunt gradus, ut magis minus talia sunt, ut simile magis minus simile dr. Hoc quoque non est proprium relativis, cum nec solis nec omnibus conveniat.

Tertia propositio. Universa quae sunt ad aliquid ad ea dicuntur quae convertuntur hoc quarto modo proprium est: habet autem hunc sensum, omnia relata quae convertuntur, id est, ad sua correlativa quae vicissim referuntur ad ipsa, referuntur inquam tanquam ad terminum, non tanquam ad causam. (Dixi quatenus relatorum naturam habent) propter relata secundum dici, quae licet secundum essentiam suam non referantur ad correlativa, referuntur tn ad ea, quae relationem aliquam connotant. (Dixi realiter) ut excludantur relata rationis, quae non re (sed ratione ad sua correlativa referuntur (dixi ad sua correlativa) ut sciamus hic non agi de convertentia duorum terminorum aequalium, qua ab uno ad alterum valet illatio (vulgo Convertibilitas) nec de convertentia duarum propositionum qua ab una ad alteram transmutatis terminis argumentari licet (haec conversio dr) sed tantum de mutua illatione, qua relata ita sese habent non ut unum de alio praedicatur, sed ut unum per habitudinem ad alterum explicetur (dixi denique tanquam ad terminum non tanquam ad causam formalem).

Quarta propositio Ea quae sunt ad aliquid simul natura sunt. Esse autem relativa secundum simul natura nil aliud est ut docet Artes in cap. de Oppositis, quam uno posito alterum poni, et uno sublato alterum quoque tolli, neutrumque esse causam alterius. Hinc fit ut homo et Animal non sint simul natura quia non mutuo se se ponunt et tollunt, fit etiam ut nec homo nec risibile nec homo et ratio, nat sint simul natura, quia etsi mutuo se se ponant et tollant, homo tamen est causa risibilis et rationale hominis. Accipimus n. hoc loco causam pro quovis genere causae,

subiectum a. ē quodammodo efficiens cāa suæ passionis, defi-
nitio vero et eius partes ad cāam formalem referuntur, res
patet ex 2. Phys. c. 3. Hoc attributum non omnib. rela-
tivis convenire probat Artes quia scibilis et scientia
sunt relata. At scibile prius est scientia. g.° non sunt
simul nāa. Probr. 1.ma quia rerum iam existentium
scientiam accipimus, in paucis a. aut in nulla re prorsus
scientia simul est, cum scibile quod addit pp res arte
factas, quarum scientia res ipsas antecedit, eo quod il-
larum cāa existat, ut ars conficiendi navem antece-
dit ipsam navem. Probr. 2.do quia scibili sublato tol-
litur scientia, non tamen contra. probr quia si res
q sub scientiam cadit nulla sit, fieri non pt, ut illius
assequamur sciam, si tamen scientia non sit nihil
prohibet non existere scibile cum quadratio circu-
li sit res scibilis atq in rerum nāa datur: nulla tā-
de hac scientia hactenus tradita sit; secundam pro-
bationem à sensu et sensibili sumit, quæ cum
relata sint, sensibile tamen sensu prius est, tum
quia sensibili sublato tollitur sensus, sed non
contra, tum quia sensus una cum animali fit
ac sensibile prius est quam animal, cum animal
ex sensibilibus constituatur.

3tia Partis propositio 1.ma nulla substia dr ad
aliquid, quia nec prima nec secunda. probr prior pars,
quia neq tota neq partes ad aliquid dicuntur, ut pro-
bat Artes exemplis. quod neq secunda, quia homo
dr cuiusdam homo, et confirmatur, quia quæcunq
sunt in hac categoria serie sunt accidentia.
Hic notandum hanc propositionem propterea po-
sitam ē ab Arte ut vulgatam antiquorum defi-
nitionem evertat, et hinc sic argumentatur, nulla
substantia est ad aliquid. At definitio posita qui-
busdam substantijs convenit. g.° vitiosa est, quia ca-
put alicuius dr caput, et manus alicuius manus.

Propositio 2.da Ea sunt ad aliquid, quorum esse idem est quod potest ad aliquid aliquo modo se se habere. Sed ad aliquid sunt ea entia realia quorum tota natura et essentia in eo posita est ut ad aliud referatur. Differt a. haec definitio a superiori quia in illa relata dicuntur esse ea, quae secundum suas essentias explicantur per relationem ad aliud, in hac vero dicuntur esse ea, quorum tota essentia et natura tota est, ut ad aliud referantur. Unde fit ut in illa contineantur etiam relata secundum dici, in hac vero secundum esse.

Propositio 3. Si quispiam aliquid eorum quae sunt ad aliquid definitive scit, simul id quod ab alio definitive dicitur sciret.

QUAESTIO 1.ma

Utrum ad aliquid sit peculiare genus entis?

Omnes ferme Veteres ut notat Albertus Magnus in praedica: c. 2. existimabant ad aliquid non esse peculiare genus entis, Plato tn. et Artes contrarium senserunt, quorum sententia haud dubie probabilior non solum quia naturalib. rationib. consona est, verum n. quia Theologicae Veritati eum primis inseruit, secundum quam in divinis quatuor relationes constituuntur, videlicet Paternitas, Filiatio, Spiratio et Passio, ut videre est apud D. Thomam 1.ma parte q. 2. 8. art. 2. et ijs quae in hoc praedicamento sunt collocatae longe diversae sint. Ut autem haec sententia clarior fiat.

Notandum 1.mo quod sicut omnis substantia dicitur substantia, quia per se est, ita omne accidens dicitur accidens

propter intrinsecam hanc proprietatem ee videlicet in subiecto. do

Notandum 2. quædam accidentia sic ee in subiecto ut subiectum non ordinent ad aliquid, quod extra ipsum subiectum sit cuiusmodi sunt albedo, Quantitas, et hæc vocantur accidentia absoluta. Quædam aut. sic in subiecto ee ut ipsum Ordinem ad aliquid exterius, quomodo scientia est in animo, et per eam res alias cognoscat, et potentia videndi in oculo, ut ipse oculus alia extra se videat, et hæc vocantur accidentia relata.

Notandum 3. Relata accidentia rursum ee rplia. quædam n. sic ordinant subiectum ad aliud, ut quanquam propria eorum naa sit efficere et disponere subiectum, secundario tamen ipsum ad aliud ordinent, cuiusmodi sunt Scientia, Habitus, Potentia, vocanturq relata secundum dici, quædam contra sic ordinant subiectum ad aliud ut præcipua et formalis ratio eorum sit ista subiecti ad aliud relatio, talia sunt Paternitas, Æqualitas, et hæc dnr relata rdm ee.

Notandum 4. Accidentia non dici relata nec secundum ee nec sdm dici per respectum ad subctum quia sic omnia accidentia essent relata, cum oia sint in subiecto, sed per respectum quem hnt ad terminum, id est, ad id ad quod subiectum ordinant; solet a. respectus accidentium quem hnt ad subiectum vocari relatio transcendentalis. Ex his infero

Primo: non omnem relationem ee ens rationis, q probr, quia seclusa operatione intellectus unum album magis convenit cum alio albo quam cum nigro,

Item res ordinatæ perfectius existunt non ordinatis, non ob aliud quam ob ordinem quem habent ad se se, qui est relatio. Infero

2.do Esse aliquas relationes reales ut patet ex dictis.

3.tio quod quærebatur ad aliquid esse peculiare genus entis. Prob. quia est ens reale quod neq substantia est neq Quantitas, neq Qualitas neq aliud quippiam summorum generum. Videantur Conimb. hoc loco. q. 1. a. 2.

QUÆSTIO 2.da

Utrum detur in prædicamento Relationis genus summum?

Notandum Relationem expliciter considerari, 1.mo quatenus est forma Accidentalis determinate significans unum extremum correlativum, Ut est paternitas Filiatio, 2.do quatenus non est determinate ad unum extremum sed indifferenter se habet.

Conclusio 1.ma Summum genus huius prædicamenti in abstracto est Relatio 2do modo sumpta, quæ sic describi pt. Relatio est forma accidentalis per quam unum ad aliud se ht non explicando et determinando formam huius correlativi vel illius.

Conclusio 2.da Summum genus huius prædicamenti in concreto est relativum quod est concretum à relatione in communi quodq sic describi pt Relativum est quod relatione est affectum

Objicitur 1.mo Contra hanc Conclusionem. Si Relatio est in communi summum huius prædicamenti genus, illa

esset causa et principium referendi ad aliud: Aut illud aliud est relatum in communi, aut relatum in particulari. Non primum quia si daretur quod mediante relatione in communi possit referri ad relationem in particulari, quod est aperte falsum. Nec secundum quia sequeretur superius relationem in communi definiri per sua inferiora non per relata particularia, quod etiam videtur falsum.

Obijcitur 2.do Si daretur relatum in communi quod esset summum genus huius praedicamenti, cum constituatur per relationem, q referri ad aliud, sed hoc fieri non potest. ergo non datur. Minor probatur. Si relatum in communi posset referri ad aliud, aut illud aliud significat correlativum superius aut aequale aut inferius relatio in communi. Si superius sequitur relationem in communi habere supra se aliud superius: Si aequale essent duo genera summa huius praedicamenti: Inferius etiam esse non potest tum quia relatum in communi, cum sit superius non potest definiri per relativum particulare quod est inferius, tum quia sequeretur relatum in communi esse simul materia, simul cognitione, et ita de caeteris attributis cum relatione particulari, quae omnia absurda sunt.

q quod est causa referendi ad aliud, illud relativum diceretur

Pro resolutione harum obiectionum Notandum. 1.mo quaedam denigrari proxime causatur à nigredine, et remotè à patibili qualitate, remotissime vero seu primo à qualitate in communi: Si nunc rogem quae sit causa cur homo denigretur. respond. aptè 1.mam causam esse nigredinem remotam patibilem qualitatem, remotissimam ac primam, et qua non est prior alia qualitatem in communi. Unde patet qualitatem esse causam remotissimam, sed tamen primam denigrandi, et omnino aliarum alternationum, proximam vero causam

ee ipsam nigredinem, ita n. in prædicamento relationis iste effectus Patris in Socrate, seu ee id quod est referri ad filium causatur proxime à paternitate, et remote à relatione digniori; remotissime vero seu primo à relatione in communi: Interroganti n. quæ sit causa cur pr referatur ad filium: Apte responderi pt causam quidem proximam ee paternitatem, remotam n.o relationem digniorem, remotissimam denique ee relationem in communi. Quod dictum est de pre. intelligendum est etiam de cæteris omnib. relativis tam universalib. quam particularib. de domino videlicet aut hoc domino, de simili aut de hoc simili, et sic de cæteris. Horum n. omnium relativorum 1.ma causa est relatio in communi, proxima vero vel ipsæ species infimæ vel singulares relationes.

Notandum 2.do Cum omnis relatio sit causa et principium referendi, principium a. et causa sit rplex, altera proxima altera remota; efficitur ut relationes quædam sint causæ proximæ referendi, quædam vero sint causæ remotæ: Non est tn. existimandum naam relationis ee, ut sit causa remota referendi, ita ut illa remotio sit de essentia eius. Hac n. ratione relatio eet causa remota referendi: Quod falsum ee constat de hac paternitate et hac similitudine, quæ sunt causæ proximæ et non remotæ, sed dicimus naam relationis ee ut sit causa referendi abstrahendo à proxima vel remota: Hæc n. sunt quasi accidentia relativorum: ut n. non de essentia nigredinis est ee causam proximam denigrandi, sed id ee cui convenit ee proximam causam denigrandi, et de essentia qualitatis non est ee causam remotam denigrandi, sed

ee id cui convenit ee remotam caam denigrandi; ita etiam ee caam proximam referendi, non est de essentia paternitatis in communi, sed de eadem essentia erit ee, id cui competit ee caam proximam, vel remotam, id e, cui competit proximitas vel remotio illa.

Ex his iam colligi pt relationem q est caa proxima constituere relativum quod proxime referatur; id est, quod habeat alterum correlativum sibi aequale, ad quod referatur ut paternitatem constituere patrem qui refertur ad filium, et hanc similitudinem constituere hoc simile quod refertur ad aliud simile. Relationem vero quae est caa remota ac 1.ma referendi constituere relativum quod remote et primo refertur, cum a. dicimus relativum in communi referri remote et primo non intelligimus illud habere alterum correlativum sibi aequale ad quod referatur hoc nae referri proxime, sed dr referri remote et primo ad aliud, quia constituit relationem, q est principium remotum ac primum referendi ad aliud. Quare quemadmodum relatio est caa remota ac prima referendi ad ora relativa habentia correlativa diversa, ita n. relativum in communi pt dici referri in communi et 1.mo ad omnia relativa habentia diversa correlativa, id est, constitui per caam 1.mam referendi ad omnia relativa habentia diversa correlativa. Unde colligas non posse dari relativum in coi constitutum per relationem quae sit proxima caa referendi, quia ita oporteret dari duo relativa in communi, quod est falsum, posse tn dari relativum

in communi constitutum per relationem q̄ sit cāa proxima ac remota referendi ad aliud. Si aut q̄ratur an relatio sit univoca ad relationem quæ est cāa proxima referendi et relationem quæ est cāa remota et primo et ex consequenti; an relativum sit univocum ad relativum quod proxime refertur, et ad relativum quod remote refertur. Respond. quemadmodum qualitas nec est univoca proprie nec æquivoca ad qualitatem quæ est cāa remota denigrandi et ad relationes. sed consideratur diverso modo, idem dicendum est de relativo et respectu relativi, quod refertur proxime et respectu relativi quod refertur remote. Si iterum quæratur? num relatio quæ est cāa proxima referendi sit univoca et ad omnes relationes q̄ sunt proximæ cāæ referendi. Respond. non ē quia relationes quæ sunt proximæ cāæ referendi sunt omnia individua relationi æqualis comparationis ut hæc similitudo, hæc qualitas, et præterea ōia individua ac species relationum inæqualis comparationis ut paternitas et hæc paternitas. Quemadmodum g.o nihil pt dari essentiale univocum ad omnia individua hominis et omnes species ac individua bruti, ita n. nihil poterit dari univocum ad omnes relationes quæ sunt proximæ cāæ referendi, ac proinde quæ est prima cāa referendi æqualis comparationis quæ n. sunt 1.mæ cāæ. Unde huiusmodi relationes conveniunt nomine et secundum illud habent diversas definitiones. Nam hæc similitudo, quateng est prima cāa referendi, est cāa referendi ad hoc correlativum eiusdem appellationis, et paternitas quateng

est proxima causa referendi, est causa referendi ad correlativum diversae appellationis. Quare relatio quae est causa proxima referendi, erit aequivoca seu analoga, quemadmodum principium est analogum ad omnia principia. His ita positis et explicatis respond:

Ad 1.ma obiectionem dari quidem relationem in communi quae sit causa referendi ad aliud, et illud aliud positum in definitione significare relativum non ut est in communi, nec ut est in particulari, sed acceptum secundum suam naam. Est n. sensus, Relatio est Causa et principium referendi ad relativum; causa inquam sive proxima sive remota, ut conveniat definitio omnib. relationib. Unde patet relationem in abstracto non definiri per inferius aut superius se, sed definiri quodammodo per se ipsam acceptam in concreto: Ut cum Qualitas definitur per Quale, Qualitas est qua Quales quidam dnr, et ita patet in praedicamento relationis dari relationem in communi, quae sit genus supremum in abstracto, ut diximus iam in Conclusione 1.ma

Ad 2.dam obiect. respond. dari n. correlativum concretum ab illa relatione, ut iam explicavimus, quod quidem refertur ad aliud, sed remote. Possumus igr in definitione relativi comprehendere omnia relativa, si per referri ad aliud intelligamus proxime vel remote, illam a. particulam ad aliud significare correlativum proximum sive remotum, ut sit hic sensus. Relativum est illud quod refertur ad correlativum proximum sive remotum. quae definitio competit omnib. relatis et similib.

in communi, et relativo in communi. Nam simile in communi refertur ad hoc simile remote et ad illud ut ad remotum correlativum, quatenus constituitur per similitudinem, q est cāa remota referendi ad hoc simile et ad illud. Item relativum in communi refertur remotè ad correlativum remotum, quod est Dominus Pater hoc et illud simile. Refertur inquam remotè ad correlativa remota, quatenus constituitur per relationem q est cāa remota referendi ad illa correlativa. In forma igr ad obiectionem respondet illam particulam ad aliud, quae ponitur in definitione non significare correlativum superius, nec aequale relativo in communi, sed inferius eo, nec e mirum si hoc peculiare genus entis maxime cum sit genus supremum, quod definiri essentialiter non pt, explicetur per sua inferiora.

Ad 2.dam Obiectionis partem resp. illa attributa convenire etiam relativo in communi suo mo. quemadmodum n. refertur ad aliud remotè, ita etiam remote dr ad convertentiam, et est simul nāa, idemq dicendum est de caeteris attributis.

QUAESTIO. 3.

Quaenam reperiantur in unoquoq relativo.

In omni re q refertur ad aliud 5. psertim considerantur: Subiectum seu fundamentum remotum, quod alij vocant extremum, fundamentum proximum. Ratio fundamenti. Relatio. Et ipsum relativum. Subiectum est res quae denominatur in relatione V. g. Socrates, qui denomi-

1.
2.
3.
4.
5.

natur pater aut similis à paternitate aut albedine. Fundamentum proximum (quod est 3plex, Quantitas, Qualitas, Actio et Passio) est causa cui relatio conveniat subiecto. Quo pacto potentia gignendi Socratis est fundamentum paternitatis et albedo eius est fundamentum similitudinis. Ratio fundamenti est id quod est causa ut fundamentum sit actu fundamentum, quo pacto operatio ipsa gignendi est causa ut potentia Socratis sit actu fundamentum paternitatis, licet n. antequam genuisset, habuisset potentiam, tum quia non genuerat, non erat pater. Eodem modo unitas Specifica in Qualitate et gradu inter albedinem Socratis et Platonis est in causa ut Albedo Socratis sit fundamentum actu similitudinis eius, quam habet cum Platone. Relatio est id quo formaliter aliquid infertur alio vel paternitas, filiatio &c. Nomine relativi seu relati significatur concretum illud, quod ex relatione, et re quam refert, alio resultat, seu est id ipsum quod per relationem ad aliud refertur, ut Pater per paternitatem, filius per filiationem. Correlativum idem est quod relativum, sed tamen quatenus ex altera parte correspondet correlativo. Sic filius est correlativum patris. Addunt nonnulli Terminum quo nomine nil aliud accipitur, nisi id ad quod relativum directe, 1.mo et per se refertur: sic filius est terminus patris. Hic terminus num sit absolutus an formaliter relativus, aliaeque similes quaestiones Metaphysicae contemplationis sunt.

QUÆSTIO 2.ta

De variis tum relationum tum relativorum generib. seu divisionibus.

Multæ sunt relationum divisiones: Quarum præcipuæ sunt istæ.

DIVISIO 1.ma Relationum aliæ reales sunt, aliæ rationis, Realis est habitudo inter duo entia realia, quæ realiter distincta, quæ habet esse seclusa operatione intellectus. Ut pater, simile, duplum &c. Rationis est relatio, quam intellectus facit inter duo, quæ aut non sunt entia realia, aut non realiter distinguuntur. Ut est relatio generis et speciei, Prædicati et subiecti.

DIVISIO 2.da Relationum seu potius relativorum alia sunt secundum esse, alia secundum dici. Relata secundum esse sunt ea quorum præcipua et formalis ratio est ipsa relatio, sive quæ per se seu per suam essentiam ordinantur ad alia. Quo pacto est affectum simile ad aliud simile. Materia ad formam, et vicissim forma ad materiam. Pater ad filium et econtra. Relata secundum dici sunt illa, quorum præcipua et formalis ratio est aliquid absolutum, et in solo explicandi concipiendique modo videntur relata. Ut caput, Ala, pes, scibile &c. quæ eatenus relata dixeris, quia caput dicitur alicuius capitati caput, Ala alicuius alati.

DIVISIO 3. Relatio vel est mutua, quando videlicet ex parte utriusque extremi, vel realis vel rationis. Cuiusmodi est paternitas et filiatio, genus et species. Vel non mutua, cui in termino non respondet relatio

realis. Cuiusmodi est relatio creaturæ ad DEUM et scientia ad scibile.

DIVISIO 4.ta Relativorum alia sunt æqualis comparationis, quæ vulgo relativa æquiparantiæ dicuntur, quæ ex utraq parte idem nomen habent, ut similitudines et dissimilitudines. Alia inæqualis comparationis seu disquiparantiæ, quæ diversis nominib. appellantur, ut Paternitas, filiatio, dominatq et servitq &c.

DIVISIO 5. Relationum alia prædicamentalis est, quæ nimirum refertur aliquid ad aliud suum correlativum, tanquam ad purum terminum, id est, non sub ratione alicuius causæ, vel ut aliquem effectum circa illud exerceat. Quo pacto se habet pater ad filium, simile ad simile &c. Alia transcendens, quæ terminatur ad aliquid absolutum prius natura, quodq est causa in aliquo genere causæ seu quod non respicit purum terminum, id est, non refertur ad aliud gratis sed intuitur alicuius muneris præstandi vel recipiendi. Sic potentia refertur ad obiectum et actum, materia ad formam, et Creatura ad DEUM.

DUBIUM
Quænam relativa ad hanc categoriam pertineant.

R. 1.mo huc non pertinere relata rationis, quia in Categorijs tantum entia realia sunt.

R. 2.do Nulla relativa transcendentia huc pertinere probatur 1.mo distinguuntur n. per prædicamentalia. Deinde quia nec proprietates, nec vera relativorum definitio illis convenit.

Rel. 3.tio sola relata realia non transcendentia, et eadem ee proprie et præcipue in hac categoria poni. quia illis solis posterior definitio convenit.

Rel. 4.to relativa secundum dici proprie pertinere ad Categorias absolutorum, ratio est, quia formale ens absolutum significant; posse tamen huc ratione relationis, quam connotant, aliquo modo referri.

CAPUT. 8.um

Ratio cur qualitas præponatur sex ultimis prædicamentis, hæc est, quia ita sunt magis extranea accidentia substantiarum quam qualitas. Inscriptio est de Qualitate et Quali 1.mo quia de utroq; hoc capite agitur. 2.do ut insinuet de cæteris prædicamentis in concreto et abstracto agi potuisse. Sunt a. huius cap. partes 4. In prima disserit de Qualitate et eius speciebus. In secunda de Quali. In tertia tradit quædam Qualitatis attributa. In Quarta solvit dubitationem quæ oriri pt ex comparatione huius prædica: cum superiori.

PRIMÆ. PARTIS. PRIMA. PROPOSITIO

Qualitas est qua quales quidam dnr.

2.da Propositio. Qualitas est ex his quæ multis modis, id est, de multis univoce dicuntur.

3.tia Una species Qualitatis habitus dispositioq; vocatur.

4. differt habitus à dispositione, quod ille magis permaneat et diuturnior sit: ista facilitter dimoveri mutariq; possit.

5.ta Habitus etiam dispositiones sunt; dispositiones verò non necessario sunt habitus.

6.ta Secundum qualitatis genus est naturalis potentia et impotentia. Vocatur genus quia est species qualitas subalterna, quæ respectu inferiorum est genus, respectu qualitatis species.

7.tima tertium qualitatis genus complectitur qualitates passivas et passiones: Cuiusmodi sunt dulcedo, amaritudo, caliditas, frigiditas, albedo, nigredo, quod a. Qualitates sint probr. quia ab illis subiecta dicuntur qualia: Passivæ vero qualitates dicuntur non propterea quod subiecta sdm eas aliquid passa sint, sed quod paoem sensibus inferant, ut dulcedo, gustui; caliditas, tactui; vel quod à passionib. oriantur, ut albedo et nigredo, coloresq omnes quos à passione oriri certum est. Colores isti qui à natura sunt similes sunt illis qui fiunt ex accidenti, sed isti ex accidenti qui scilicet proveniunt ex verecundia et timore fiunt ex aliqua passione. q.o et illi qui fiunt à natura à passione provenire censendi sunt.

8.tava Qualitatum quæ effectus sunt passionum, aliæ oriuntur ex passione permanente, quæq difficile movetur et istæ vocantur qualitates passivæ sive patibiles: Aliæ verò à passionib. quæ facile dissolvuntur, et hæ passiones dnr non qualitates, quod probr quia erubescens ob verecundiam non dr rubens, neq pallens ob timorem pallidus, sed potius aliquid passus tec.

9.na In aia quoq qualitates passivæ et passiones sunt, passivæ qualitates quidem, ut insania, iracundia, q vel in generatione, vel post eam à quibusdam paoibus

fuint, quaeq aut omnino aut saltem sine magna difficultate dimoveri nequeunt. Passiones vero quae ab hisce fuint, quae facile dissoluuntur, ut iracundia ex turbatione à quib. non quales dicimur, sed potius aliquid passi.

10.ma Quartum Qualitatis genus est figura et forma probr. quia ab his quale aliquid dr ut à triangulo triangulare.

SECUNDA. PARTIS. PROPOSITIO

Qualia sunt ea quae denominative ab ipsis (supple Qualitatib.) aut aliquo alio modo dicuntur. Quamvis autem hoc scilicet denominative dici in plerisq et ferme omnib. qualitatib. contingat, tamen in quibusdam non fit, quando scilicet vel Qualitatum nomina non sunt imposita, vel quando qualitates et Quale in vocabulo non conveniunt. Ac propterea in definitione additur (aut aliquo alio modo).

TERTIA. PARTIS 1.ma PROPOSITIO

In Qualitate contrarietas est. Probr. quia albedo nigredini, iustitia iniustitiae contraria est. Idem iudicium est de Qualibus. Quia album nigro, iustum iniusto contrarium est.

2.da PROPOSITIO. Non omnib. hoc attributum Qualitatib. convenit. probr. quia flavo, fusco et caeteris coloribus medijs nihil est contrarium.

3.tia PROPOSITIO. Qualia gradus suscipiunt, et magis minusve talia dicuntur, non tn omnia. probr prior pars, quia unum album dr magis album altero

posterior probr. quia quidquid est de abstractis, certum est triangulum et quadratum non suscipere gradus.
4ta PROPOSITIO. proprium scilicet qualitatis 4to modo proprium est, ex illa simile et dissimile dici propriè et non metaphoricè.

QUARTA PARS CAPITIS.

Contra ea q dicta sunt obyci potuisset, Artem confundere prædicamenta, qui cum habitus et dispositiones paulo ante in prædicamento relationis posuerit nunc rursus inter qualitates eadem numeret. Resp. 1mo genera quidem, v.g. scientiam et habitum esse in prædicamento relationis: species verò illorum in qualitatib. nec repugnare genus esse in prædicamento relationis, et species in qualitate. Respond. 2do non esse absurdum ut eadem res ponatur in diversis prædicamentis. Prior solutio impugnatur hoc mo. genus est de essentia speciei. g.o in quo prædicamento species, in eo et genus ponitur. g.o habitus et dispositiones in genere etiam in hoc prædicamento ponentur, quia sunt illorum species. Respond. in habitu et scientia et similib. generib. esse duo, ipsa scil. naam quam præcipuè significant; et respectum quem connotant ratione naæ suæ. Si igr spectentur sdm naam suam sunt veræ qualitates, non minus quam ipsorum species, et hoc tm argumentum conuincit. Ratione vo respectus quem connotant aliquo modo sunt in prædicamento relationis neq id incommodum est. Dices. quare igr habituum species non ponuntur eadem ratione in prædicamento relationis cum non minus ab ijs fluat respectus, quam ex generib.

respond: id propterea fieri quod nomina specierum non tam expresse connotent ipsum respectum, ut nomina generum.

QUÆSTIO 1ma

Quid sit Qualitas, et quæ eius species in genere?

Conclusio 1ma Qualitas est idem quam res dnr quales: In propria et peculiari quæstione Qualit: nomine accidentalis formæ excluduntur differentiæ substantiales, ut rationale: nomine completa formæ excluduntur differentiæ pertinentes non solum ad hoc prædicamentum, verum etiam ad alia accidentium prædicamenta. Reliqua vero videlicet In propria et peculiari Quæstione Qualitatis adduntur ad excludenda accidentia omnia quæ pertinent ad alia prædicamenta licet nullum sit accidens quod reddi non pt in Quæstione Qualitatis quocunq modo. Vel patet ex ijs quæ diximus apud Porphyrium, tn si quæstio qualitatis proponatur ad quam propria et peculiaris responsio danda sit, Qualitas solum reddenda erit. Nam Quantitate et relatione res quidem dnr quales, sed non absolute, sed cum additione quadam, id est, dicuntur quales in Quantitate scilicet magnæ et parvæ, similiter quales in relatione videlicet Pater et filius &c.

Obycitur In hac descriptione Qualitatis committitur circulus; quia prius Qualitas per Quale, et statim iterum quale per Qualitatem explicatur. q.o est vitiosa. Resp. huiusmodi circulum non esse reprehendendum in definitionib. etiam rerum absolutarum minus exactis, dummodo unum sit altero notius

in uno, et ignotius in alio genere cognitionis: sic
a. utrumq per id quod notius est definitur. Satis a-
constat Quale esse notius quoad Nos, Qualitatem vero
esse notiorem naa, cum quale sit effectus, Qualitas a-
caa. Atqui hinc etiam factum est, ut quia Nos in-
cipere solemus à notiorib. nobis priori loco Artes
definierit Qualitatem per Quale: Deinde verò Qua-
litate ipsa iam accuratius explicata per suas Species
Quale per qualitatem explicaverit.

Conclusio 2.da Species Qualitatis in gne sunt 4.
Habitus et dispositio, naalis potentia et impoten-
tia, Patibilis Qualitas et passio, forma et figura,
ut hae 4. Species melius intelligantur.

Notandum 1.mo nullam esse Qualitatem q ad p-
dictas Species non pertineat; ideo hanc divisionem
esse adaequatam.

Notandum 2.do Has 4. Species deduci et colligi
ex formali ratione Qualitatis. Cum n. Qualitas
sit forma accidentalis adeoq instituta ut perfi-
ciat subiectum in existendo; perficit substantiam
quantam seu ratione Quantitatis, et sic habetur
Forma et figura: Aut perficit et ornat substantiam
ut convenienter se habeat in suo esse, non ut 1.mo
et per se disponatur ad operandum, et sic dicitur
patibilis Qualitas et pao. Aut perficit et ornat sub-
stantiam ut convenienter se habeat in virtute
agendi; et hoc rpter. Aut n. substantiae naaliter
convenit, et ab extrinseco provenit, et sic habetur
naalis potentia et impotentia. Aut substantiae ex-
trinsecus advenit per acquisitionem propriam: et sic
habetur in Species habitus et dispositio.

QVÆSTIO 2.da

Quid sit Habitus et dispositio et quomodo inter se distinguantur?

Pro priore parte huius studij notandam dispositionem 2plex sumi. 1.mo stricte et specifice quatenus opponitur habitui. 2. late et generice ut est commune ad habitum et dispositionem. Ad priorem itaq partem dico dispositionem latè sumptam esse qualitatem, q bene vel male afficit subiectum. habitum esse qualitatem quæ bene vel male afficit subiectum, et ab ipso difficile pt dimoveri. dispositionem vero strictè sumptam esse qualitatem quæ bene vel male subiectum afficit, et ab eo facile separari pt. Ad posteriorem partem dico in eo habitus et dispositionis strictè sumptæ discrimen consistere, quod hæc nra sua facile moveatur à subiecto, illa difficile.

Obijcitur potentia videndi et audiendi, item figura cæli aut hominis pt qualitates quæ bene afficiunt sua subiecta, et tamen ad primam qualitatis speciem non pertinent. g.o Resp. qualitatis primam speciem in eo distingui à cæteris, quod hæc quatenus talis bene vel malè afficiat subiectum: qualitates a. reliquarum sperum non dicuntur ad eas pertinere quatenus bene vel malè disponant subiectum, sed alijs quibusdam rationibus. illa g.o quæ in obiectione sumuntur, quatenus bene vel malè afficiant subiectum, non pertinent ad reliquas species, sed ad hanc primam ac proinde quomodo ijs definitio, eodem et definitum convenit.

DVBIVM.

Sitne Habitus et dispositio una species, an plures.

Ammonius quem sequitur D. Thom. 1.a 2.dae q. 29. art. 2. ad tertium. Caiet. ibid. et Tolet. hoc loco docent Habitum et dispositionem differre specie, et hoc esse discrimen inter utrumq. quod habitus ex natura sua vendicet sibi causas aegre admittentes depulsionem à subiecto. Cuiusmodi sunt omnes virtutes et scientiae. Dispositio verò ex natura sua sibi vendicet causas facile patientes depulsionem à subiecto. Cuiusmodi sunt sanitas et aegritudo et similia. Haec n. mutatis humoribus ex quorum proportione constituuntur, facile mutantur: scientiae verò cum firmissimis nitantur principijs, propositionib. videlicet, quae negari non possunt, Item virtutes cum ex natura sua saltem in statu heroico exigant connexionem omnium virtutum vinculum prudentiae, et sedatas passiones non facile à subiecto dimoveri possunt.

Hanc sententiam probat Caietanus 1.mo quia Artes non alia posuit exempla habitus, quam quae ex natura sua facile possunt dimoveri.

2.do quia dicit Artes sanam mediocriter sumptam esse habitum, quae potius ex contraria sententia dispositio dicenda esset.

3.tio quia ex communi loquendi consuetudine probat quae per se diuturna sunt esse habitus quae per se facile separantur esse dispositiones.

Contraria sententia, habitum scilicet et dispositionem esse unam tantum speciem: Est Boëtij et Alberti probari potest imo, quia Artes expresse dicit. Atqui una quidem species qualitatis habitus dispositioque vocatur.

2.do quia tm accidentaliter differunt videlicet per facile et difficile mobile

3tio quia dicit Artes dispositionem aliquando in habitum evadere, habitum autem si non admodum firmus sit in subiecto dispositionem ec. quod ex sententia contraria dici non poet, cum ex ea defendendum quamcunq imperfectam scam ee habitum. et quamcunq perfectam sanitatem ee dispositionem.

Conclusio 1.ma valde probabilis est sententia D. Thomae probatur 1.mo rationib. et ante iam allatis. 2.do quia contrariae rationes facile solvuntur.

Ad 1.mam n. resp. ideo Artem dicere, Atqui una quidem species qualitatis habitus dispositioq vocatur ut insinuet genus proximum habitus et dispositionis non ee qualitatem, sed aliud aliquod genus subalternum quod dispositio late sumpta dici pt, sub quo subalternae species sunt habitus et dispositio.

Ad 2.dam resp. per hoi accidentia Artem circumscribere veras differentias, quod vocabulorum penuria in alijs quoq multis fieri notissimum est.

Ad 3. resp. dispositiones dici in habitus evadere et habitus contra in dispositiones, non q revera tales fiant, sed q per accidens sive ex conditione individui dispositio difficile mobilis, habitus n. facile mobilis efficiatur, quamvis n. dispositio ex nra sua sibi vendicet eas facilis corruptionis, fit ta aliquando per accidens ut difficulter moveatur pp nimiam radicaoem in subiecto. Contra, quamvis habitq ex nra sua difficile separetur, si tn sit in subiecto male disposito, V. g. scientia in hoe obliviosa, Charitas in homine vino dedito facile

mobilis fit, et pp hanc utriusq inter se similitudinem dispositiones interdum habitus fieri dicuntur, et habitus dispositiones.

Conclusio 2da satis probabilis e sententia Boetij et Alberti et forte etiam communior, probr. rationibus supra positis.

Ad 1mam contrariae opinionis rationem resp. infirmam esse argumentationem ab exemplis, Certum m. est non omnia hic habituum et dispositionum exempla recenseri.

Ad 2dam resp. Artem expresse negare illos habitum scientiae habere qui scientiam non admodum tenent.

Ad 3. resp. etiam ex hac sententia concedi, q diuturna sunt esse habitus, q facile mobilia esse dispositiones, sic tn ut non differant specie sed tantum 2dum perfectum et imperfectum.

DUBIUM PRIMUM

Quare naalis potia et impotia habitui et dispositioni postponantur.

Rao dubitandi est, quia naalis potia et impotia naturam ipsam statim sequuntur, habitus et dispositio aliunde proveniunt, scil. ex infusione Dei, ex actibus nris, studio et diligentia, resp. caam esse quod habitus et dispositio non absolute perficiant subiectum, sed in ordine ad naam, Cum igr naa sit primum quod est in re habitus qq et dispositio merito primum locum sibi vendicat. Ad rasem opposita dico, quamvis res q est habitus posterior sit altera re, quae est potentia naalis, tn habitum recte poni ante

naalem potiam quia id cuius respectu subiectum perficit habitus ipsa scilicet naa est prius eo, cuius respectu naturalis potentia subiectum perficit, quod est operatio.

DUBIUM. SECUNDUM.

Quid sit naalis potia vel impotia.

Respond. potentiam naalem ee qualitatem, qua quippiam facile agit aut resistit. Impotentiam seu imbecillitatem ee qualitatem qua quippiam aegre operatur. Hinc infero 1.mo potiam et impotentiam ee distinctas species quia distinctas hnt naas. Infero 2.do Impotentiam non sumi privative quando caecus dr impotens ad videndum sed positive pro Qualitate quadam imperfectiore tn quam sit naalis potentia. quia privatio quatenus talis non est principium operationis. Dr a. impotia quia potentia operandi difficulter potius videtur ee potentia non operandi facile.

QUAESTIO. 4.ta

De tertia specie Qualitatis, patibili scil. Qualitate et Passione.

Notandum 1.mo patibile 4 modis sumi primo pro eo quod aptum est ad recipiendam paoem aliquam sic subiectum dr patibile. 2.do pro omni accidente quod in subiecto recipitur cuius n. receptione patitur subiectum. 3. pro omni accidente quod est caa paois ut e color, qui efficit paoem in tactu. 4. pro illo accidente quod ex aliqua vehementi paoe oritur, ut Amentia, et pallor ex aegritudine. A tertia itaq et 4.ta acceptione haec 3.tia species Qualitatis patibilis nominatur Qualitas.

Notandum 2.do paoem a Phis 6. potissimum modis

usurpari. 1.mo pro receptione alicuius formæ, q̄ sit cum ab-
rectione formæ contrariæ, sic in Physicis pāo sumitur et
solet dici passio corruptiva. 2. pro receptione alicuius
formæ etiamsi fiat sine abrectione formæ contrariæ, quo
pacto receptio nominis specierum sensibilium in sensib.
specierum intelligibilium in intellectu formæ pāo
dr sic Artes lib. 2. de anima c. 5. et 3. de aia c. 2.
sensus dicit pati. Atqui hæc perfectiva pāo dicitur.
3. pro quacunq operatione appetitus sensitivi sive iras-
cibilis sive concupiscibilis, et in hac signatione in Ethi-
cis usurpatur. Hoc modo Amor odium desiderium
Abominatio, lætitia, tristitia. Pāones appetitus con-
cupiscibilis, Spes vero et desperatio, Audacia, timor
et ira; passiones appetitus irascibilis dnr. 4. pro
quacunq proprietate, quo modo Artes in posteriorib.
Analiticis passionis vocabulo utitur, ut cum
irascibilitas pāo dr. 5.to pro qualitate quæ mo-
tu acquiritur, quomodo calor et frigus dnr pāones.
6. pro qualitate quæ facile transit. Ab hac 6.ta
acceptione seu usurpatione hæc 3.tia species pāo
dr.

DUBIUM PRIMUM.

Quid sit patibilis qualitas et passio.

Resp. patibilem qualitatem ee firmam et constante
qualitatem, quæ aut sensib. passionem infert aut
ex passione oritur. passionem vero ee fluxam et
inconstantem qualitatem, quæ aut sensib. pāonem in-
fert, aut ex motu oritur, ut pallor, timor.

DUBIUM SECUNDUM.

Quomodo inter se differant hæ qualites.

resp. 1.mo non differre tanquam speciem et speciem, sed hisce duobus vocabulis unam eandemq speciem qualitatis circumscribi; resp. 2.do Accidentalia discrimina tria esse inter utramq, 1.mum patibilis qualitas diu durat, passio cito transit. 2.do patibilis qualitas difficile dimoveretur à subiecto, cum oriatur ex vehementi passione, pro vero à subiecto facile separatur ut quae ex levi et facile transeunte passione ortum habet. 3. à patibili qualitate denominamur simpliciter quales, à passione non item, sed potius aliquid passi.

Contra 3.tum discrimen obiicitur, dum Aristoteles dicit nos à passione non dici quales, videtur ipse secum pugnare ut qui paulo ante probaverat ea omnia quae exempli loco ponuntur esse qualitates, propterea quod ab illis quales denominamur.

2.do Quidquid habet naam speciei, habet et naam generis et quod in ea continetur. g.o quia passio est qualitas species habebit etiam naam ipsius qualitatis et quidquid ad illam pertinet; Et per consequens sicut à qualitate sic etiam à passione dicetur quale. Ad has obiectiones resp. à qualitate quippiam quale dici vel simpliciter vel secundum quid, sic n. plerq definitionem qualitatis explicant, Quando igitur Aristoteles negat à passionib. dici res quales, ita intelligi debet ut neget ab ijs simpliciter aliquid quale dici: Quod etiam verissimum est, praesertim cum nec simpliciter sint qualitates, sed tantum secundum quid. /: qualitates imperfectae, non quod imperfectae sint secundum essentiam, sed quia imperfectae sunt secundum modum. Hoc enim differunt patibiles qualitates à passionib. q illae sint perfectae et secundum essentiam et secundum modum, Hae a. secundum essentiam tantum. Unde fit ut illae possint denominari simpliciter, hae vero minime, quia de,

nominatio sequitur simpliciter perfectum modum denominantis formae.

Quaeres quomodo possit cognosci quaenam qualitates habeant perfectum modum in subiecto. Resp. hisce trib. conditionib. 1ma si non sint in subiecto secundum gradum admodum remissum. 2da si sunt in toto aut maiori parte subiecti (excipiuntur ab hac conditione accidentia illa quae peculiarem certamque partem subiecti sibi vendicant) ut similitas in naso, crispitudo in crinib. 3tia si non sint admodum brevi tempore in subiecto, quibuscunque g.o tres istae conditiones conveniunt, illae perfectum in subiecto modum habent, et quia 3tia deest passionib. inde fit ut imperfectum modum habere dicantur et per consequens non nisi secundum quid subiectum denominare. Ad hanc tertiam speciem pertinent omnes ac solae qualitates quae vel passionem corruptivam inferunt, ut quatuor qualitates primae calor scilicet frigus, siccitas et humiditas, vel quae ex tali passione oriuntur, licet illam non efficiant, ut colores qui ex passione primarum 4. qualitatum fiunt, ipsi tamen in alio corruptivam passionem non efficiunt, cum per se neque frigefaciant neque calefaciant, vel denique quae et oriuntur ex passione corruptiva et illam in alijs efficiunt, ut odores sapores.

Notandum hic primo. Omnes et solas iam enumeratas qualitates ad hanc speciem pertinere, intelligendum esse si ratio impositionis nominum huius speciei spectetur, alioquin si absolute haec species consideretur, aliam aliae qualitates, quae videlicet nec ex passione corruptiva oriuntur, nec illam inferunt, ad hanc speciem pertinebunt, eiusmodi sunt lux, lumen, sonus et cineres.

Notandum 2do qualitates quae passionem effectus sunt esse triplices, quaedam n. conveniunt ex naturali passione quae scilicet fit una cum ipsa rei generatione ut nigredo corvi, albedo cygni; quaedam proveniunt ex accidentali passione, eaque perseverante, ut pallor ex diuturno morbi; quaedam ex accidentali passione facile rece-

dexti ut pallor ex timore.

Notandum 3.tio similem quoq varietatem in aia reperiri, nam et in ea quædam Qualitates proveniunt à nativa passione, quædam ex passione accidentali perseverante, quædam ex passione subita non durabili.

QVÆSTIO. 5.ta

De Quarta specie Qualitatis formâ et fig:

DVBIVM. 1.mum

Quid sit forma et figura,

Quid per figuram et formam Arles intelligat non vna e omnium sententia, Boëtius existimat figuram esse lineamenta cuiusq rei: formam vero esse pulchritudinem q consistit in convenientia colorum. Ex cuius sententia efficitur ut figura et forma differant specie. Ammonij sententia est, figuram rebus inanimatis formam vero animatis convenire. Alij figuram reb. liquidis et fluxis quæ facile ex vna figura in aliam transmutantur; formam verò reb. duris ac per se consistentib. tribuunt ita ut figura sit facile mobilis, forma verò difficile mobilis. Alij demum figuram esse dicunt quæ resultat ex terminatione Quantitatis per se tantum spectatæ abstrahendo ab hac vel illa mea: formam vero quæ resultat ex terminatione Quantitatis in aliquo subiecto naturali vel artificiali considerato. Quo pacto figuram hominis, leonis appellamus formam, ita ut forma et figura non specie differant, sed tantum quibusdam accidentib. Hanc sententiam reliquis probabiliorem existimo, tum quod ipse textus illam insinuat, dum inquit et ea quæ circa unumquodq est forma, tum quod Arles 5. Meta. c. 14. hanc speciem Qualitatis appellat immobilia et mathematica, id est, figuram quatenus

abstrahit ab ente naali mobili, Hinc utriusq defio col-
ligi pt, ut scilicet forma sit qualitas q resultat ex
terminatione Quantitatis in re aliqua naali spectata:
Figura vero quod sit qualitas quae resultat ex termina-
tione Quantitatis simpliciter et in se spectata.

DUBIUM. 2dum

Utrum rectitudo, curvitas ad hanc speciem pertineant.

Respond. 1mo eam citra controversiam ad hanc speciem referri.
dubium aut. est quo modo num scilicet ut partes for-
malem et figuralem sicut pes, manus referuntur assump-
tam an vero per se et ratione sui. Respondetur itaq
2do satis probabile esse ea per se in hac specie collocari
1mo quia Artes eodem argto probavit formam et fi-
guram, atq haec omnia esse Qualitates, quia scilicet
ab hisce res denominantur quales. Quia quamvis
haec nonnunquam sint partes figurarum et formarum
possunt tamen aliquando per se spectari, ut cum dico
linea est recta, quod confirmatur ex eo, quod
Artes 5. Met. c. 11. rectitudinem et ex consequenti
curvitatem lineae proprietatem esse dicit. 3. quia
dicit Artes et insuper rectitudo et curvitas, quod
non dixisset, si haec reductive tantum ad hanc
speciem pertinerent.

QUAESTIO. 6ta

Quoto modo in textu enumerata attributa sint Qualitati propria.

Quod ad 1mum attributum attinet. Notandum duobq
modis aliquid alicui contrarium esse. 1mo simplr et
secundum esse, ut Calor et frigus, deinde sdm quid

quod in ipsis e hoc mo ignis aquae contrarius e rae sci-
licet Caloris et frigoris quae in ijs sunt. Hoc posito dico ha-
bere contrarietatem priori modo acceptam proprium ee qua-
litati 1mo modo probatur quia relata item accidens sci-
licet ratione qualitatis.

Quod ad 2dum attinet: Notandum 1mo bifariam posse
aliquid suscipere magis et minus: Physice scilicet et logice
Physice id dr suscipere magis et minus quod intensionem
et remissionem recipit. Logice vero id quod praedicatur
cum adverbijs magis et minus.

Notandum 2do duobus modis aliquid pdicari cum
adverbijs magis et minus. 1mo propter intensionem
et remissionem quam recipit. 2do absolute, nulla re-
strictione adiecta. His positis dico 1mo solas qualitates
per se intensionem et remissionem simpliciter
recipere. dico 2do praedicari cum adverbijs magis et
minus nulla restrictione adiecta nec soli convenire
qualitati. Nam etiam substantiae quatenus a sub-
stando dr tribuitur, nec omnis ut patet ex textu
neq n. albedo magis vel minus albedo dicitur. dico
3. praedicari cum adverbijs magis et minus pp inten-
sionem et remissionem graduum per se et simplr
sibi convenientem primo modo qualitati proprium
ee.

Quod ad tertium attinet. Id 4to modo proprium
ee qualitati superius dictum est.

CAPUT NONUM

DE SEX VETIMIS PRAEDICAMENTIS.

Summa brevitate perstringit Arles hoc cap. reliqua
6. praedicamenta. 1mo quia incipientib. satis est si q
hactenus dicta sunt, exacte serant; eorum vero, quae

sequuntur, summam aliquam tenuerint, ut ad ipsa inferiora possint redire. 2do. Quia de actione copiose agitur 3° Phys, et in libro d generatione. De loco vero et tempore in in 4 Phys. Quod autem de Situ et Habere neq hic neq usquam alibi agat; ratio est, quia sunt parui momenti. 3tio quia hæc omnia satis nota et trita sunt, ut in textu dicitur.

Duæ sunt huiq Capitis partes. In priori duo Attributa actionum et passionum assignantur. In posteriori reliqua quatuor prædicamenta breuissime, eorum videlicet exempla referendo declarat.

Prioris partis 1a propositio. Actio et Passio contrarietatem suscipiunt, ut Calefacere frigefacere, calefieri, frigefieri

2da Actio et Passio magis et minus suscipiunt. pbr. quia aliquid magis minusq calefacit, aut frigefacit. Quomodo autem hæc attributa actionibus et passionibus conueniant quid etiam de cætis quatuor prædmtis tenendum sit, seqntibq Quæstionibus explicabimus.

QUAESTIO PRIMA

Sintne sex ultima Prædmta, Entia absoluta annon relatiua?

Scotus existimat ee Entia relatiua. Pro qua Sentia excogitauit relationum diuisionem. In relationes intrinsecus, et relationes extrinsecus aduenientes.

Relationes intrinsecus aduenientes uocat, quæ positis fundamentis et necessarijs necrio statim resultant. Qualis est similitudo int duo alba. positis n. rbq albis necrio sibi st similia.

Relationes extrinsecus aduenientes uocat, quæ non resultant necessio positis fundamentis et terminis. V. G.

Sit in hac schola maa, in foro forma; iam ponuntur fundamenta et termini, nec tamen inde resultat statim relatio scilicet ipsa vnio: Tales relationes dicit esse hæc ultima sex prædicamenta. Posito inquit igne cum fundamento actionis, quod est potentia agendi, et posita simul aqua cum fundamento passionis, quod est potentia patiendi, non necessario resultant actio et passio, id est relatio agentis et patientis. Poterunt n. ignis et aqua vel tantum distare, ut in sese mutuo non agant, vel ab actione sua impediri. Asserit itaq ea, quæ ponuntur in his prædmtis esse relatiua constitutiua per relationes extrinsecus aduenientes; et differre à relatiuis prædicamenti ad aliquid, quod illa constituantur per relationes intrinsecus aduenientes. Quare iuxta ipsius sententiam ad Actionem pertinent relationes agentis ad patiens, ad passionem relationes patientis ad agens. Ad Vbi relationes rei locatæ ad locum. Ad Situm relationes rei sitæ ad locum hoc vel illo circumpositum. Ad Quando relationes rei temporariæ ad tempus. Ad Habere relationes rei indutæ aut ornatæ ad indumentum aut ornamentum.

Conclusio prima. Sex ultima prædmta non sunt formaliter relationes intrinsecus aduenientes; quales sunt in prædicamento ad aliquid, quia alioquin tantum quatuor essent prædicamento.

Conclusio 2da. Nulla est relao extrinsecus adueniens pbr; quia ante Scotum nullus phlorum eius meminit.

2do Aut totum Esse relationis aduenientis extrinsecus esse ad aliud, aut non: Si non: Nulla est ratio; cur potius 6. vltima prædicamenta

prædicamenta, quàm scientia; Albedo et similia, relationes dici debeant. Si detur prius, necessario ponetur in prædicamento ad aliquid; quia illa defione relationes prædicamenti ad aliquid describuntur. 3tio Cn̄ dicit Scotus relationem extrinsecus advenientem, non necrio consequi, positis fundamentis et terminis, vel loquitur de fundamentis et terminis proximis; vel de remotis. Si de remotis concedere dbt etiam similitudinem ee relationem extrinsecus advenientem: possunt n. poni duo parietes (qui sunt remotū fundamentum similitudinis) qui tamen similes sibi n̄ sunt in albedine in qua similes ee possunt, ut si vnus albus, alter verò niger sit. Si loquitur de fundamentis et terminis proximis, nulla est relatio, quæ non statim fundamento terminoq positis sequatur; et per consequens nulla est relaō extrinsecus adveniens.

3tia Conclusio Sex ultima prædmta non st formaliter relationes extrinsecus advenientes. pbr. 1° ex Conclusione 2da: Si n. nullæ tales relationes sint: go nec sex ultima prædicamenta huiusmodi relationes erunt. pbr. 2do. Ad relationem non est per se motus, ut probat Arles 5° Phys. cap. 2. Sed ad Vbi per se est motus, ut cap. supiori eiusdem libri dixerat: go Vbi n̄ sigcat formaliter relationem. 3tio Si essent relationes extrinsecus advenientes non sex, sed tm̄ vnum ex ijs pdmtis constitui deberet. pbr. quia non est caa; cur magis relationes intrinsecus advenientes sub vno summo genere contineantur, quam relationes extrinsecus advenientes.

4ta Conclio. Ea, quæ ponuntur in his 6 pdmtis non sunt conflata ex Entibus absolutis. pbr. quia quæ talia sunt, sunt composita p Accns: At composita p Accns n̄ st in pdmtis: Ergo

5ta Conclusio Quæ in his prædmtis sunt, non omni ex parte sunt entia absoluta. Pbr Quia quæ omni ex parte sunt Entia absoluta, vel Substantiæ vel Qntates vel Qualitates sunt; cuiusmodi non st, quæ in his prædmtis ponunt.

Conclusio 6ta. Sex prædmta, de quibus hic agimus, sunt Entia absoluta connotativa vel potius gnotantia quasdam relaoes, id est, sunt talia Entia, quæ sine relationibus illigi non possut. Pbr de singulis et quidem de Actione et passione, ipse Arles planè id asserere vdr, quando dicit actionem ee formam quæ requiritur, ut ab agente prouenit; passionem ee eandem formam quatenus à patiente recipitur. Illis n verbis satis clarè insinuat Actionem ee formam, quæ acqrit gnotantem relationem agentis ad patiens. Passionem v ee formã gnotantem relationem ad agens, id est. Actionem actionem esse motum tali modo gsideratum, ut illigi non possit sine relatione agentis ad patiens. Passionem eundem motum tali modo acceptum, ut sine relatione patientis ad agens illigi nequeat. Ubi a nihil aliud est, quàm existia in loco vel statio, quæ non pt illigi sine relatione locali ad locum vel existentis in spacio ad ipsum spacium. Quando deniq idem est quod ee in tempore, quod sine relatione ad tempus n pt illigi. Idem quoque de reliquis dicendum est.

QVÆSTIO SECVNDA.

Quid sit Actio, quæ eius species, quævè proprietates?

Prima Conclusio Gilbertus Actionem definit, q sit gra

zdm

secundum quam in id, quod subijcitur, agere dr, id est, quod sit motus, à quo quidpiam denominatur agere in id, quod patitur. Arles a. 3° Phys cap. 3 dicit Actionem ee actum agentis, qns agens est. Et à quo agens dr agens. Ex quo satis constat id, quod antea diximus Actionem ee motum ita sumptum, ut illigi non possit sine relatione agentis ad patiens.

Aduertendum autem est qmadm de Essia scia n e relao ad scibile, quamuis sine illa relaoe connotata illigi non possit; sic nec relationem agentis ad patiens de Essia Actionis ee quamuis sine illa non possit intelligi.

Eda Conclio. Pt etiam Actio latissime sumpta, quae videlicet omnes omnino actiones complectitur, sic definiri Actio est agentis qns agens est, actio seu perfectio. vel Actio est actus potentiae agendi. vel Actio est vltimus actus agentis, ut agens est, quo mediante aliquid eficitur.

3tia Conclusio Actio latissime sumpta diuiditur in actionem accidentalem et substantialem. Substantialis dr, quae terminatur ad substantiam; ut generatio hominis, leonis &c. Accidentalis est, qua producitur accns, ut Calefactio in aqua.

4 Conclusio Actio substantialis subdiuiditur in Eam quae fit sine subcto, ut creatio, quae fit ex nihilo: Et in eam quae fit ex subiecto seu materia, vt generatio.

5ta Conclusio Actio accidentalis alia est immanens; alia transiens. Immanens actio dr illa, quae manet in agente, à quo producitur, vt illectio, q manet in illectu, à quo producitur et volitio, q manet in voluntate, et sic de caetis imanentibus. Transiens a dr illa, q n manet in agente, sed transit

in

in aliud ab agente distinctum, ut calefactio ignis procedens ab igne in passum distinctum, puta Aquam et lignum.

6ta Conclusio Praeter has divisiones multae adhuc aliae dari possunt. Nam Actionum accidentalium alia est spiritualis quae haeret in substantia spirituali. Cuiusmodi est Intellectio Angeli. Alia Corporea seu materialis, quae convenit corporibus. Item alia est successiva, quae videlicet fit per partes. Alia momentanea, quae tota fit simul.

7a Conclusio. Duo sunt actionis attributa. Primum: Habere contraria. Alterum Suscipere magis et minus. Quae attributa non conveniunt actioni ratione sui, sed ratione formarum quae per actionem acquiruntur; ac proinde nec omni nec soli actioni conveniunt.

QUAESTIO 3tia

Quid sit passio, quae eius species, quaeve proprietates?

Conclusio 1a. passio est effectus actionis. passio est motus, qui recipitur in patiente; propterea quod ab agente infertur: Vel rdm Artem 3o Phys c. 3o passio est Actus patientis, quis patiens est. est motus, a quo patiens dr patiens; quia eum recipit

Conclusio 2da. passio latissime sumpta est actus patientis ut patiens est, quo mediante formam recipit. Species a passionis ex speb. Actionis illiondae sunt. Actioni n. respondet Passio.

Conclusio 3a. Passio proprietatem. Item magis et minus suscipit supple ratione formarum, ut de Actione dictum est.

QUAESTIO 4ta

De praedicamento Ubi.

Conclusio 1ma Ubi est existentia in loco vel spacio

id est, est modus quidam accidentalis internus, cum forma quadam interna quae est in aliqua loci vel spacij parte existit. Hinc infero 1.mo Ubi se habet quid, quia est terminus motus localis qui terminum localem habere debet. Infero 2.do Ubi se intrinsecum quid et inhaerens rei in loco vel spacio existenti. quia motus localis inhaeret rei quae movetur. 3. Ubi se accidens absolutum, non tamen pure absolutum, sed importans etiam relationem ad locum seu spacium.

Conclusio 2.da Ubi est duplex, Circumscriptivum et definitivum. Ubi circumscriptivum est modus quo quippiam ita est in loco, ut totum sit in toto loco et singula partes in singulis partib. loci. Huiusmodi Ubi habent omnia corpora quae realiter existunt. Ubi definitivum est modus quo aliquid ita est in loco, ut extra illud non sit, et ut totum existat in toto loco, et totum in quolibet eius parte. Huiusmodi Ubi est Angelorum.

Conclusio 5.ta

De praedicamento situs.

Conclusio 1.na Situm se est habere partes corporis certo quodam modo affectas ad partes loci. Vel Situs est modus quidam accidentalis resultans in partibus corporis ex eo quod certo modo affectae sint ad partes loci, ut stare, sedere, incubare.

Notandum situm duob. modis accipi. 1.mo pro situ et ordine partium, quem inter se habent in aliquo toto secundum quem una est ante aliam, vel in alia vel alio quovis modo. 2.do pro situ cum ordine partium per se sum certo quodam respectu ad locum. Et de hoc potissimum nra conclusio intelligenda est.

Conclusio 2.da Situs est duplex. Naturalis et non Naturalis. Naturalis est, quem res ex natura sibi vendicant. Cuiusmodi est situs hominis cubantis, sedentis, stantis. Non naturalis est duplex videlicet contra naturam qui contrarius est naturali; qualis est in homine qui capiti innituntur: Et praeter naturam, qui videlicet nec naturalis est, nec contra naturam, Cuiusmodi est situs lapidis aut cuiuscunque rei inanimatae quae sibi nullum situm è Natura videlicet.

Notandum circa hoc praedicamentum 2.mo Situm reperiri in solis corporib. ut pote quae sola partes habeant, et potissimum in animalib. ob maiorum partium distinctionem.

Notandum 2.do Licet situs per ordinem partium rei situatae ad partes loci explicetur, tamen non esse ipsum Ordinem formaliter, sed esse ut diximus, modum quendam accidentalem absolutum qui sine tali ordine intelligi non possit.

QUAESTIO 6.ta

De praedicamento Quando.

Conclusio 1.ma Quando est id quod ex adiacentia temporis resultat, id est, modus quidam accidentalis resultans ex adiacentia temporis in re temporaria, et quamvis ille modus sit absolutus non potest tamen sine relatione quam res habet ad tempus à quo mensuretur illigi.

Conclusio 2.da Si universalius de hoc praedicamento loquamur, sic commode describi potest. Quando est id quod ex adiacentia durationis relinquitur, ita ut per tempus in priori descriptione positum insinuetur omnis alia duratio, de qua re in Physicis agitur

QUAESTIO 7.ma

sed hoc non fit. g.° probr minor quia homo dr quidem caecus ee, sed nullo modo caecitas.

Propositio 6. privatum ee id dr quod caret forma quam aptum erat habere hoc tempore quo ea caret. V. g. Edentulum id dr non quod non habet, sed id quod dentibus caret eo tempore quo illos habere pt.

Propositio 8. privatum ee et habitum habere, id est, concreta oppositorum privantium eodem oppositionis modo inter se pugnant, quo abstracta.

Propositio 9. Affirmatio et negatio non idem quod res quae affirmatione et negatione significantur. probatur, quia affirmatio et negatio sunt Orationes, quae vero ijs significantur non sunt orationes sed res.

Propositio 10. Res quae affirmatione et negatione significantur eodem modo opponuntur, quo affirmatio et negatio. Hinc colligitur non solum in vocib. sed in reb. etiam ipsis oppositionem ab Arte collocari, imo magis in reb. quam in vocib. nec n. voces opposita dicuntur quia res oppositas significant.

Tertiae partis propositio 1.ma Opposita privativa differunt à relativis oppositis, quia id quod sunt n dicuntur ee oppositorum. 2. quia non dnr ad convertentiam ut omnia relata dici solent.

propositio 2. Opposita privativa non ita opponuntur ut contraria. probr. Contraria vel sunt mediata vel immediata. Si immediata ita sunt affecta ut illorum alterum proprio subiecto necessario semper insit. Si mediata, nunquam necesse e illorum alterum proprio subiecto inee nisi forte unum sit à naa: sed privativa neutram habent conditionem subeundi. g.° opposita privativa non ita opponuntur ut contraria. Maior patet ex definitione contrariorum mediatorum et immediatorum. minor prob:

quia non semper aut visus aut caecitas inest proprio subiecto. V. g. Catulo quippe qui ante septimum diem nec videns nec caecus dr. tempore autem à naa determinato necesse est vel habitum inesse vel privationem non quidem alterum definite sed indefinite alterutrum horum.

Notandum illud à naa inesse ut hic Artes accipit, hoc loco esse quod ita rem comitatur ut eidem per naales calor igni, albedo nivi à naa convenit, non quod sit nix nigra simpliciter per naales causas fieri pt.

Quaeres quando à contrarijs mediatis quorum alterum inest à naa distinguantur privativa. Resp. discrimen in eo positum esse quod illorum contrariorum alterum definite semper insit, privatorum vero indeterminate alterum adesse debeat.

3. propositio. Contradictorie opposita nec relativorum nec privativorum more oppositionem subeunt. probr. In contradictorijs alterum verum esse necesse est, alterum falsum: At in reliquis oppositorum generib. neutrum necessario verum est aut falsum. g.o probr minor in incomplexis nulla est veritas aut falsitas, sed reliqua omnia oppositorum genera sunt incomplexa. g.o

Quartae partis propositio 1.ma non est necessarium si contrariorum alterum sit, et reliquum esse V. g. non est necesse ut si existat aliqua albedo, aliqua etiam nigredo existat.

* propositio 2.da Contraria simul in eodem subiecto esse non possunt (intellige) secundum eandem partem subiecti ut in gradib. intensis, vel sdm absolutam praedicationem

3. propositio. Contraria omnia idem subiectum habent aut genere aut specie.

4. propositio. Contraria oia aut in eod. genere aut in contrarijs generib. esse, aut ipsa genera esse necesse

De p̄dicamento Habere seu Habitus.

Conclusio 1.ma Habere seu Habitus est corporis et eorum quæ circa corpus sunt adiacentia ∴ Habitus est modus quidam accidentalis absolutus resultans ex adiacentia vestium, armorum, ornamentorum, quib. ea adiacent.

Conclusio 2.da tres constituuntur Habitus species. 1.ma indutum ee sub qua collocantur, togatum ee, pallicatum ee, pileatum ee, gladio accinctum ee, sub hac specie sunt loricatum ee gladio accinctum ee. 3.tia ornatum ee, sub qua sunt annulatum ee, mithratum ee.

r 2.da armatum ee

Quæres num ad solos homines hoc p̄dicamentum pertineat? resp. ita nonnullos asserere eo quod vestes habeant ornamenta et arma extrinsecus apposita, non autem à nāa concessa, ut bruta. Probabilis nihilominus est sententia aliorum, inter quos est D. Thom. opusculo 48. de Habitu c. 5. qui volunt hoc p̄dicamentum etiam pertinere ad bruta. nam et simias vestib. et equos paleris ornare solemus.

CAPVT DECIMVM

DE OPPOSITIS

Ea quæ post p̄dicamenta vocantur quinque sunt. Opposita, prius, simul, motus, Habere sic dicta vel quod post prædicamenta explicentur, vel quod res ipsas in prædicamento positas veluti accidentia quædam consequantur. Agitur aut. de ijs propterea quod aliquoties illorum mentio in explicandis prædicamentis facta sit, ac primum quidem locum opposita tenent, quorum transactis in 4. partes dividitur. In 1.ma enumerantur oppositorum genera. in 2.da eadem explicantur. in 3. inter

se conferuntur. in 4.ta contrariorum nãa propter quã reliquorum tractatio suscepta est accuratius declaratur.

Primæ partis propositio unica. Opposita quadruplicia sunt, relativa, ut pater et filius, Contraria, ut bonum et malum. Privativa, ut visus et cæcitas, Contradictoria ut album et non album.

Propositio 1.ma Relativè opposita sunt q̃ id quod sunt oppositorum ẽẽ, aut aliquo alio modo ad illa affecta dicuntur, id est, Relativa Opposita sunt omnia relativa secundum ẽẽ et secundum dici.

Propositio 2.da Contraria sunt q̃ cum ad invicem non sint unum alteri contrarium est, id est, similis et æqua ratio et habitudo est in utroq; quod præter relata nullis oppositis convenit.

Propositio 3. Contrariorum quædam medium hnt quædam non, quorum alterum necessario inest proprio subiecto, ut sanitas et morbus respectu animalis. par et impar respectu numeri. Ea vero medium habent quorum alterum proprio subiecto inẽẽ non est necrium, ut album et nigrum respectu corporis mixti.

medium non hnt,

Propositio 4. Contrariorum inter quæ alia medium hnt nominatim, ut Album et nigrum, inter quæ medium est fuscum, pallidum, alia innominate quorum medium extremi utriusq; negaõe circumscribitur: sic inter bonum et malum id medium est quod neq; bonum neq; malum est, Hoc a. latinis indifferens appellari solet, à Græcis ἀδιάφορον.

Propositio 5. Privatio et Habitus dnr circa quippiam, idem est circa idem subiectum specie et numero in quo solet habitus fieri.

Propositio 7. privatum ẽẽ et habitum habere non est privatio et habitus. Quia visum habere non est visus, et cæcum ẽẽ non est cæcitas. probr si cæcum ẽẽ idem est quod cæcitas posset utrumq; de eodem prædicari.

sitionem immediatè suscipiant. 2.dum qualisnam sit oppositio relativa. Supposito prius terminum unius relationis esse aliam relationem in opposito extremo respondentem. Ad 1.mum dico Relationes oppositionum immediatè fundari ex utraq parte in relationib. tum praedicamentalib. quam transcendentalib. V. g. Praeceptores et discipuli. Nam oppositio relativa exercetur inter eas formas quae sibi ex adverso respondent, atq in eodem singulari esse non possunt; eiusmodi autem formae sunt istae relationes Praeceptores et discipuli quae se mutuo terminant et respiciunt. g.o sunt immediata oppositionis fundamenta. Hinc ad secundum resp. Oppositionem relativam esse relationem aequalis comparationis, nam oppositum alteri opposito est oppositum, et licet ea relata inter quae exercetur saepe inaequalia sint, ut Pater et filius, ipsa tamen oppositio aequalis est in omnib. fundatur n. haec oppositionis tantum relationib. aut realib. aut rationis quae non sunt ipsae relativae oppositiones alioquin daretur progressus in infinitum, si aliae semper, et aliae in priorib. fundarentur.

QUALITIO 2.ta

De Oppositione contraria.

Contraria sunt ea (videlicet opposita quae non habet locum generis caetera differentiae) quae sub eodem genere maximè distant et eidem subiecto vicissim insunt, à quo mutuo se expellunt, nisi eorum alterum sit à natura, ut virtus et vitium, calor et frigus. Nomine generis illigitur proximum aut remotum, qua particula excluduntur privativa et contradictoria opposita, q sub nullo genere

conueniunt. Cum additur quæ mxe distant intellige distinctionem vel distantiam non secundum locum sed secundum naturam et entiam. Hinc duo candores loco seiunctissimi non nxe distant: at nigror et candor quia sunt diuersæ spei censentur maximè distare licet in eodem subiecto imperfecti simul reperiantur: Vocatur a. hæc distantia non absolutè maxima sed sub eodem genere, nam simpliciter magis distat candor à linea cum qua in solo ente et accidente conuenit, quam à nigrore cum quo in eodem prædicamento conuenit, at sub calore magis distant albedo et nigredo inter se quàm à colore quouis alio et quàm omnes colores inter se. Porro cum duplicia sint contraria immediata quorum alterum necesse è in esse proprio subiecto, ut sanitas et morbus comparatione animalis, Et mediata quorum neutrum debet in esse proprio subiecto nisi alterum eorum insit à naa ut albedo et nigredo respectu corporis mixti quod medio colore imbutum esse pt. Hinc reijciuntur omnia media tam inter se quàm cum cæteris extremis comparata: quippe sola extrema sub genere maxime distant. Cum subijcitur in definitione Et eidem subiecto uicissim insunt, accipe singulare subiectum et secundum eandem partem. At hæc intellige perfecte in esse uicissim, nam contraria perfecta quæ subiecta simpliciter denominant simul non inhærent sed uicissim licet imperfecto, seu remisso eidem subiecto simul inhærere possint, ut calor et frigus æquæ tepidæ. Hinc excluduntur opposita relatiua q nullo mo insunt eidem subiecto. Cum dr ab eo se expellunt intellige formalem expulsionem qua una forma in subiecto producta excludit statim aliam etiamsi

est. Sensus e. Contraria vel sunt species infimæ sub eodem genere proximo collocatæ, ut albedo et nigredo sub colore. vel sunt species infimæ sub diversis generib. proximis eiusdem tamen prædicamenti positæ: ut iustitia sub virtute, iniustitia sub vitio: vel sunt ipsa genera eiusdem prædicamenti, ut Virtus, q̃ dr bona, et vitium quod dr malum.

QUAESTIO. 1.ma

Quid sit oppositio, quæ res sint opposita.

Oppositio rerum vel terminorum simplicium formalr est respectus unius oppositi ad aliud, et sic definitur à Boetio ad hunc locum: Oppositio est relatio inter duo extrema simplicia, quæ in eadem re singulari simul et secundum eandem partem ac respectu eiusdem ee non possunt. In qua definitione locum generis habet relatio, cætera locum differentiæ, ac per illam partem (extrema simplicia) reyci tur oppositio enunciationum, de qua sequenti libro agemus. Dnr autem extrema simplicia quæ carent propositionum complexione, aut æquivocaõe à casu, licet alioquin sint entia per accidens vel Analoga, ut exercitus non exercitus. Additur (in re singulari) nam in re communi possunt ee repugnantia, ut in homine ratione plurium inferiorum Album et Nigrum. Adiungitur (simul) id est in eodem tempore, nam diversis temporib. eadem aqua frigida et calida ee pt. Subyciitur (in eadem parte) nam idem homo secundum partes diversas est albus et niger. Subiungitur denique (respectu eiusd.) nam diversorum comparatione idem homo est pr et

filius. Opposita in concreto sunt duo extrema simplicia, q in eadem re singulari simul et secundum eandem partem ac respectu eiusdem ee non possunt; quae definitio iam explicata est.

QVAESTIO. 2da

Quomodo diuidatur Oppositio?

Conclio. Oppositis in communi diuiditur in 4. membra in relatiuam, Contrariam, Priuatiuam et Contradictoriam Oppositionem.

Probatur haec conclusio ex fundamentis oppositionis, nam fundamenta Oppositionum seu res quae dicuntur opposita, aut sunt duo correlatiua, ut Pater et filius, et haec sunt fundamenta relatiuae Oppositionis, Aut sunt duo extrema seu correlatiua Oppositionis, quae quidem duob. modis pt fieri, Aut n. utrumq extremum est ens, aut alterum est ens, alterum non ens, si utrumq ens erunt fundamenta contrariae Oppositionis, ut albedo et nigredo, si vero alterum e ens alterum non ens, aut illud non ens supponit subiectum, ut caecitas, Et hoc modo duo illa erunt fundamenta priuatiuae Oppositionis, ut caecitas et uisq, Aut non supponit subiectum, ut non homo, et hoc modo duo illa erunt fundamenta contradictoriae Oppositionis, ut homo non homo. Cum g° alia fundamenta Oppositionum non reperiantur, efficitur ut 4. tantum sint Oppositionum genera.

QVAESTIO. 3.

De oppositione Relatiua?

Cum ex praedicamento Relationis constet quidnam sint praedicamentalia relatiua et non praedicamentalia. Hic duo explicanda sunt. 1mum quaenam relatiuam oppo-

nihil agat, ut nigredo albedinem non effectivam qua unum accidens in subiectum agendo alterius illud elicit quo modo calor ignis repellit frigus aquae. Ratio est, quia omnia contraria formalem habent executionem non autem omnia effectivam. Porro cum dicitur contraria expellere se mutuo intelligendum est hoc fieri quando perfecte subiecto inhaerent, non quando imperfecte solum. Nam definitiones per ea traduntur quae rebus in statu perfecto conveniunt.

QUAESTIO. 5.

De oppositione privativa.

Privatio sumitur varie ut videre est 5. Met. c. 22. 1mo n. accipitur pro negatione alicuius formae quae etiam sit in subiecto non apto, quo pacto dicimus saxa esse caeca, muta. 2do pro negatione formae in subiecto apto habere talem formam aut secundum se, aut secundum suum genus, quo pacto dicimus hominem esse caecum, implumem, caret n. visu quem secundum se habere potest, et plumis quas habere potest quatenus animal est. 3tio sumitur pro negatione formae in subiecto apto secundum se et secundum omnes circumstantias temporis videlicet, loci, partis, et comparationis et hoc modo accipit hic Aristoteles privationis nomen. Nam duae priores acceptiones impropriae sunt: In hac ergo tertia acceptione privationis non dicimus hominem privatum esse plumis, quia secundum se non est aptus ad plumas, nec infantes imprudentes quia non sunt apti ut habeant prudentiam nec quisquam edentulus quia in manib. dentes non habet quia non est aptus ut in ea parte dentes non habeat. de reliquis videatur Fons. Dial. Instit. lib. 2. c. ult.

QVAESTIO 6ta

De oppositione Contradictoria

Quidnam sint contradictorie opposita explicat Fons d. c. illud solum notetur, Oppositionem contradictoriam seu relationem in contradictorijs fundatam esse rationis cum alterum extremum negativum sit. Est autem oppositio hæc omnium maxima quia contradictoria per nullam potentiam simul esse possunt, Relativa saltem ad diversos terminos comparata se se naturaliter compatiuntur in eodem subiecto. Nam idem homo est pater et filius. Contraria in gradib. remissis vi naturæ eidem subiecto inesse possunt. Et licet privativa non simul esse queant non tamen ita opponuntur ut eorum alterum necessario insit cuilibet subiecto. Nam hic paries neq. videns neq. caecus est. Aliter se habet res in contradictorijs quorum alterum a quovis ente aut non ente dicatur necesse est.

Hactenus de Oppositis, Expositio capi t. undecimi de Modis prioris, et cap. duodecimi de modis simul, et decimi 4ti de modis Habere petatur ex Toleto, Cap. decimi tertij. de Specieb. motus explicationem ad Physicam reycimus. Interim tamen ne omnino nescioli eo remittantur Auditores, paucula quædam reliquis 3bus modis annectere hic et addere placet.

CAPVT VNDECIMVM

De Modis Prioris.

Meminit Artes Prioris in cap. de Relatione, ideoq. illius exactiorem hucusq. explicationem reservavit. Accedit quod

quod reperiatur prius in omnibus prædictis: Nam omne genus et vilius prius est suo inferiori. Assignat autem Arist. 4 modos prioris communi gensu suo tempore receptos quibus ex propria sententia quintum adiunxit.

Primo igr de altero aliquid prius tempore, qn illud in duratione præcesset, sive omnino, ut Adam Davidem; sive quo ad aliquam partem, vt Plato Arist. Et hæc prioritas dr prioritas temporis. Estq præcipua omnium, tum quia notissima est; tum quia alia omnia, quæ dnr priora, vel similem hnt prioritatem, vel ab hac dependentem.

2dus modus est, quo aliquid prius de altero existendi gsequtia nz qn vnius existentia infertur ab existentia alterius, eam tamen non infert; quo pacto se hnt superiora et vriora respu inferiorum et minus vrium: Recte n. sequitur: Si homo est: etiam Animal est; sed non contra: Si animal est; homo est. et hæc prioritas dr prioritas natura. Idem cernitur etiam in alijs rebus: Nam duo inferuntur ex tribus et n egtia: Est go essendi seu existendi consequtia nihil aliud; quam si vnum existat; alterum quoq necio debeat existere, ut patet in exemplis adductis.

3.tio modus est, quo aliquid de altero prius Ordine, quod intelligendum est de ordine, quem ipsa rerum natura postulat: Sic in Grammatica Ira sunt priores syllabis; et ha dictionibus In Syllmo e propositio est prior assumptione, et hæc Conclusione. Et in Oratione Exordium e prius Narratione: Narratio Confirmatione: et hæc Epilogo. Atq hæc prioritas, dr prioritas doctrinæ seu ordinis, quo ordine dr aliquid prius altero,

quod

quod necrio supponitur ad alterius cognitionem, et sine quo aliud n pt comode et perfecte cognosci.

Ptus modus est, quo aliquid altero prius dr, quo dignius praestantiusq est, sine natura sua; ut aurum cum argento aut plumbo comparatum, vel nostra aestimatione; ut quando nobis magis amicos caeteris anteponimus, prioresq facimus: Et haec prioritas dr prioritas dignitatis: Sic Rex est prior in regno; Consules in civitate, praefecti in pagis, Seniores et atq caeteris praepositi, in sacris Religionibus priores solent appellari: quem modum omnium impropriissimum ee docet Arles fortassis: quia minus est in vsu, vel quia ex arbitrio nostro magna ex parte dependet.

Praeter dictos modos prioris est alius quintus eorum scilt quae subsistendi consequentia qvertuntur seu reciprocantur, ita, ut vnum sit caa alterius: qn n. vnum est quovis modo causa, ut alterum sit, prius est illo natura: Sic subcta priora st suis proprietatibus et accidentibus; ut homo prior dicitur risibilitate ee: Atq hoc postremum prius dr secundum naturam: Nam quamvis posito hoie ponatur risibile, et posito risibili ponatur homo; atq vtrumq altum inferat, tn quia homo e caa risibilitatis p emanationem; Ideo homo dr risibilitate ee prior. Hinc infertur 1o Hac prioritate omnem causam suo effectu ee priorem. Infertur 2do Hanc prioritatem non includere necessario prioritatem temporis Nam v. g. Homo et risibile st eodem tempore, quamvis homo prior sit natura risibilitate.

Ex dictis colligere licet. Quot modis dicatur aliquid altero posterius: Nam cum eadem sit rao et doctrina Oppositorum;

quot modis dr esse aliquid prius; tot etiam modis dicitur altero aliquid posterius. Et praeterea Aduertendum. Vnum aliquid pluribus modis prioritatis posse dici altero prius: Nam Animal v. g. prius homine dr 2pter. 1° Essendi consequentia, quia infertur ab homine; non tamen e ctra. 2do et est natura prius homine, quia est causa illius; Omnis a. caa. est prior natura suo effectu. Rursus e Aduertendum. Vnum et idem posse dici prius et posterius 2dm diuersas gsiderationes. v. g. pars dr prior toto, qns est caa totius; dr posterior toto, qns totum est parte praestantior. Omnes hi modi prioritatis hoc versu gtinentur.

Tempore, natura prius ordine dic et honore.
Et caa effectu dr esse prior.

CAPVT DVODECIMVM

De Modis Simul.

Tractat Arles de Simul; quia eius fuit facta mentio in cap. de Relatione: Deinde etiam vagatur per omnia praedmta: Opponitur n. prioritati, vt vult Ammonius quae cum sit communis omnibus praedmtis, efficitur etiam et simul sit omnibus praedmtis commune. Dnr a. tribus modis aliqua Simul: Scilt Simul tempore, simul naa. et simul diuisione. Gnris. Simul tempore censentur apud Artem ea, quae simul ee incipiunt; et hac ratione duos gemellos dms ee simul, et duas lectiones, q vna et eadem hora absoluuntur, simul tempore ee dms, et simul dmr. currere. et log si currentes loquamur. Possumus tn latius hanc simultatem

sumere

accipere, et vocare simul tempore ea, quæ in eodem tempore ꝯcurrunt, siue simul incipiant et desinant, siue alterũ prius incipiat et desinat, siue posterius incipiat et simul desinat, siue posterius incipiat et posterius ẽẽ desinat quam aliud; et hic primus modus essendi respondet 1º mo prioris.

Secundus modus est, quo aliqua dnr simul naa, ea scilt quæ existendi consequtia reciprocantur, ut alterum existat nec alterum causa est, ut de relatis rdm Esse in præ dmto relaois dr: Et hic modus respondet 2do et 5to modo prioris. Nam simultas mutuæ reciprocationis seu conuertentiæ excludit et oppositã prioritem, et caalitatis prioritem.

3º dnr Simul Diuisione duæ spees, quæ idem gns immediatè diuidunt, ut homo et brutum: Hæc dnr simul diuisione, vel ut alij loquuntur simul naa communi; quia eorũ simultas n̄ est spectanda in propriis rationibus specificis, sed in natura communi: Nam rdm proprias et specificas rationes sæpe vna spees eiusdem generis ad aliam præsupponitur; ut in ontate linea præsupponitur ad superficiem; et vtraq ad corpus, et in numeris binarius prior est ternario, et hic quaternario etc. quæ tn̄ spees, si cum numero, quem diuidunt, conferantur, simul naa esse dicentur. Et hic modus simul respondet 3º modo prioris scilt rdm Ordinem: Nam duæ species oppositæ nullum seruant ordinem in participando gnre, sed potiꝰ ipsum gns ex se imediatè comunicatur vtriq spei. Hos modos simultatis his versiculis pro iuuanda memoria apprehende.

Tempore dico simul quorum generatio nunc est
Quæ convertuntꝫ dms esse simul.

Suntq simul Species qns vnum distribuentes
At generis causa non ratione sui.

CAPUT DECIMUM TERTIUM

De speciebus Motus

Asserit Arles 1° sex esse species motus: Generationem, Corruptionem, Accretionem, diminutionem, alterationem et mutationem seu in motum localem aut lationem. Vbi

Nota 1° Motum ut alibi dicetur fusius nihil ee aliud, quam transitum quendam successiuum rei ex potentia in actum; reperitur autem proprie loquendo potissimum in quantate, qualitate et prædicamento Vbi.

Nota 2° quod qnratio nihil aliud sit, quam productio alicuius compositi substialis: Corruptio vo destructio compositi substantialis. Augmentatio seu Accretio maioris qntis sit acqsitio: Diminutio vo qntatis semel acqsitæ dperditio. Alterao sit motus ad qualitatem. Latio, mutao rdm locum et noui vbi acqsitio

Asserit 2° Arles Dubium oriri posse: Num Alterao distinguatur ab alijs spebus motus? Sed tn dinguitur, quod ptt, quia pt aliquis alterari, et tn n moueri aliqua alia specie aliorum motum: Ergo dinguitur ab alijs; quia quæ ab inuicem possunt separi, necrio dinguuntur. Ans pbr. quia in omnibus fere passionibus 3tia speciei qltatis alterari possumus, et tn nullo cæterorum motuum moueri. V.G. cum aliquis calefit, sine dubio alteratur: Nam ex frigido fit calidus; et tn nec qnratur nec corrumpitur, nec augetur, nec decrescit, neq rdm locum mouet.

Asserit 3° Arles quod in comuni Motui sit gria quies: Motibus autem Specialibus contrarient, tum motus speales, tum quietes speales.

Nota 1° quietem esse priuatione motus, ac pinde physice motui gria tm.

Nota 2.° Omnem motum inter duos terminos fieri; quorum prior dr terminus à quo; posterior terminus ad quem.
Nota 3.° Non quamlibet quietem ee griam motui, sed eam, qua mobile quiescit in termino à quo. V. G. Illa quies, qua lapis quiescit in terra, est gria motui, quo sursum fertur, de qua re plura in phys.
Nota vltimo Illos motus ee contrarios (physice de grijs loqndo) quorum termini st gtrarij: sic gnratio est gria corruptioni: gnratio n. est à non Esse ad Esse: Corruptio verò ab Esse ad non Esse: sic Augmentaõ quæ progreditur à minori gntate ad maiorem, gtrariatur decretioni, q à gntate maiore ad minorem pcedit.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

De Modis Habere.

Cum nomen Habitus sicut et habere sit æquiuocum, prius explicandi causa illius quot modis accipiatur, hoc cap. declarauit Arles: Sumitur a Habere hoc loco coiter pro modo, quo res vna dr aliam habere, et enumerat hoc cap. septem modos habendi Arles. Primus est à quo dmr habere qualitatem vt habere sciam, illectum, virtutem aut vitium. Secundus modus est: Habere gntatem, vt corpus aliquod habere magnitudinem bicubitam, tricubitam. Tertius modus e, habere ea, q circumstant corpus; vt vestem aut tunicam. Quartus e habere aliquid non in toto corpore, sed in aliqua eiꝰ parte, ratione cuiꝰ totus homo dr illud habere, vt annulum vel pileum. Quintus e: Habere ptem ipsam vt caput manu etc. Sextus, Habere quid, tanquam gtinens contentum, aut possidens possessu. vt Amphora vinum, modiꝰ triticu: rusticus agru etc. Septimus habendi modus est per modum possessionis, quo modo vir ht vxoru, et gtra. Hunc a modum impropryssimu vocat Arles. Nam solum dr vir habere maritã ob matrimonij giunctionem et pp

co

cohabitationem legitimam in eo fundatam. Plures alios habendi modos enumerat Arles 5° Metaph: superiores v° modi st magis comunes et proprij, ad quos reliqui omnes, si qui st, reuocantur: Continentur a hoc versu.

Affectum, quantum, vestitum dic velut Aurum.
Membrum contentum possessio vir mulierem.

Et hisce absoluta sit post prædicamentorum expositio

IN DVOS ARISTOTELIS LIBROS PERIHERMENIAS SEV DE INTERPRETATIONE.

PROŒMIVM

De Inscriptione, Obiecto, et diuisione horum librorum.

Inscriptio Græca est Περὶ ἑρμηνείας Latina de Interpretatione; quamuis a Boëtius et alij putent nomine Interptationis denotari quamlibet vocem articulatam siue complexam, siue incomplexam, quæ aliquid ex instituto sigcet: Certius tn D. Tho. et alij docent: Interptationem ee vocem articulatam et complexam, quæ verum aut falsum sigcat. Vbi Notandum: Interptationem dici 1° vocem; vt reijciantur conceptus, qui non st Interpretationes. 2do Articulatam: vt excludantur voces naales Chominum et brutorum inarticulatæ; vt gemitus et mugitus. 3° Complexam. vt remoueantur Nomen et verbum, q tm sunt partes Intptaois.

P

4to addidi; quæ verum aut falsum sigcat, ut excludantur voces nil sigcantes, velut Blictri et syncategoremata, q per se non sigcant. Deniq Orationes imperfectæ et aliæ verum aut falsum non sigcant. Igr sola oratio veri et falsi Enunciativa, hoc est ipsa Enunciatio spltr et proprie dr Interptao; quia tum maxe interptamur conceptus animi, quando verum aut falsum sigcamus, quod sola Enunciatione fieri potest. Orationes a: vocativæ Imperativæ etc potius affectus voltis et appetitus, quam cceptiones mentis siue illectus manifestant. Unde proprie n st Interptaoes magisq pertinent ad Rhetores, qui affectus commouent, quam ad logicos, qui solam veritatem discursu indagant.

Subctum horum librorum à D. Thoma, Simplicio et Ammonio recte statuitur Enunciatio; quia huiq initia et quasi Elementa pertractat Arles videlicet Nomen et verbu: Dinde Species, quæ st Affirmatio et negao. Deniq Affectiones seu proprietates. [. Oppositiones; Æquipollentias, Conversiones pd Item quia hæc tractatio media e inter Analyticam et prædicamentalem; cum go in prædmtis Arles egerit de prima Illectus operatione. In libris Analyticis acturus sit de 3tia, rectus ordo postulat, ut hic de secunda nz de Enunciatione agat; et propter hanc de Nomine et verbo tanquam eius ptibq; et Oratione tanquam de eius Genere.

Porro Nominis et Verbi consideratio Triplex est. Una pro ut sigcant vt simplices; et hoc mo ptinent ad prædmta. Altera, qns st ptes Enunciationem integrantes et ita huc spectant 3tia vt ingrediuntur syllmum tanquam maius et

minq

minus extremum et medius terminus; et sic ad priores Analyticos referuntur. Oratio non exigit peculiarem tractatum; cum non sit operatio Illectus, quæ per se à 1ª dinguatur nisi perfecta sit, adeoq idem cum Enunciatione: Tunc n ad secundam operationem spectat.

Quæres. Vtrum sola Enunciatio simplex; an potius in coi Enunciao, vt comphendit simplicem et iunctam sit obiectum. R ex D. Thoma Solam Simplicem esse. Pbr. Quia illa Enunciatio per se hic tractatur, quæ syllmo in prioribus Analyticis tradendo inseruit: Nam præsentes libri ordinantur ad illos: Atq sola Enunciatio simplex illi inseruit; cum Arles tradiderit solum simplicem seu Categoricum syllmum: Ergo etc. Nec obstat, quod Arles meminerit Enuncitois coniunctæ siue hypotheticæ: Id n fecit propter Diuisionem Enuntiois in simplicem et Coniunctam, de quarum tn posteriori nihil ferme docuit; quia eius naa illigitur ex simplici: Quod vº hic potissimum consideretur Enunciao Mentalis partim ex dictis; ptim ex comuni obiecto Logicæ patet.

Nec obstat 1º Quod Arles pleraq de vocali oratione videatur explicare: Id n propterea facit; quia vocalis est multo præstantior. Item quia intna oratione nemo altum docere potest. Quod a ea, quæ de vocali Enucione dnr; mentali debeant applicari pbr ex ipso Arle; qui proptea in primo cap. ondit, quam proportionem inter se habeant conceptus, voces et scripta. Item sub finem 2dj libri docet Affirmaoem et negationem vocalem ee notam et signum mentalis.

Nec

Nec refert 2do quod Inscriptio huius operis desumatur non à primario eius obiecto, sed à Secundario; quia nil cogitur sumere Inscriptionem à primario: tunc praesertim si 2darium certas ob causas fere solum in eo tractatu consideratur, quod in praesenti accidit.

Notate hic Enunciationis maam ee Conceptus, voces et scripturas: Eiusdem vo Enunciationis fram ee Ordine, q consuroit ex pdicato et subcto inter se coniunctis.

Aduertunt etiam nonnulli Enunciationem 3pliciter poe considerari. primo ut rerum complectionem sigcat; et sic eius partes st nomen et verbum; eiusdem proprietates ee vrlem aut parlarem verum aut falsum etc; quo pacto est Obtum huig operis; et vocatur Interptatio, quia rerum sigcatiua et manifestatiua est. Secundo; ut ordinatur ad syllm, argumentationemq, quo modo illi accidit ee maiorem aut minorem propositionem. Conuerti simplr aut p Accns. et sic pertinet ad libros priorum. 3tio vt aliquid pbat et sic est necria, probabilis, aut contingens etc. atq sic refertur ad libros posteriorum. Topicorum et Elenchorum.

Quod ad diuisionem attinet. Graeci totum hunc tractatum faciunt vnum librum, quem diuidunt in plures sectiones. Latini vero quos hic sequimur eundem partiuntur in duos libros, quo eo citius et facilig pcurramus; quia Fons. fere omnia, quae hic tractantur in 1o et 2do libro Dial: Inst. comprahendit.

De Scopo huig operis liquet hic tradi maam propinquam, syllmorum, Enuncetiationem scilt quae ut componit syllmum propositio vocatur.

De Ordine satis patet, illum ee tum naae tum vo doctrinae

hoc

hoc ipso, quia fit progressio à nomine et verbo ad Enunciationem: ab hac ad syllmum. Naturæ; quia à partibus quæ natura et origine sunt priores) ad totum pergit. Doctrinæ; qa notia partium ad exactam totius cognitionem requirit.

CAPVT I.m

Quoniam omnis Enunciatio vera et significativa constat quibusdam signis ac terminis simplicibus, iisque aut mentalibus aut vocalibus aut scriptis, prout Enunciatio mentalis aut vocalis, aut scripta est. Ideò Artes meritò prius agit de hoc triplici genere signorum, eaque inter se confert quàm Enunciationem ipsam definiat, eiusque naturam et proprietates declaret. In præsenti go cap. supponit hæc 3.a

1.m Voces esse notas et signa conceptuum, et scripta vocum.

2.m Vt scripta ita et voces non esse apud omnes homines easdem. Conceptus verò ac res per easdem significatas vel quoque easdem esse, non quidem identitate numerica sed specifica.

3.m Sicut aliqui conceptus sunt veri vel falsi, et alij veritatis ac falsitatis expertes; ita se rem habere in vocibus.

DISPVTATIO
De Signis.

Quamuis Nomen signi ex 1.a Instit presse accipiatur, videlicet pro ut solum comprehendit sensibilia signa, (cùm n. omnis nra cognitio à sensu incipiat, et simul dicatur id, quo in alterius rei notiam peruenimus; ideò ea 1.o signa vocamus, quæ sensum mouent) quo pacto D. Aug. in lib. de prnpijs Dialcæ cap. 5.o ait Signum esse, quod seipsum sensui et præter se aliquid animo repræsentat, hoc est, quod per

ceptum

ceptum aliquo sensu in causa est, ut cognoscens virtute illius in alterius rei cognitionem perueniat.
Sæpe tn̄ vsurpatur latè apud Phos. prout complectitur signa tùm sensibilia, tùm spiritualia; quo modo à plerisq; definitur. Signum ē, quod potiæ cognoscenti aliquid repræsentat.
Nota hic obiter. Signum qntum est in se, importare aliquid manifestum quoad nos, quo tanquam manu ducimur in cognitionem alicuius occulti. 2dm D. Thom. 4. Sent. di. 1a q. 1. art. 1o Signum proprie est quædam persigcaõ indicans totius rei qltatem. Vnde Terent. Vide num eius color pudoris signum vsq; indicat?

QVAESTIO 1a

Quomodo signa diuidantur et sigcent?

Variæ st signorum Diuisiones. q° Signorum quædam propria sunt, quæ n̄ solum ducunt in alterius cognioem sed etiam ad hoc munus constituta st vel à natura, ut species intentionales; vel ab alio, ut voces, qbus in sermone vtimur. quædam st Impropria, quæ licet in alterius notitiam ducant, non tn̄ ad hoc vel à naa vel ab alio deputata sunt, ut causa respu efectus, et è contrà etc.
Huiusmodi signa impropria sunt multa. Naalia Instrumentalia, ut fraga arborum signum tempestatis et similia de qbus Plinius naalis historiæ lib 27 et Vergilius in Geor.
Propria signa continent fralia et Instrumentalia ex Instituto, de quibus infrà.
Secundò quædam st rememorativa, q aliquid pteritu in memoriam reuocant. vt Iris pactum DEI Genes. 6°

Alia prognostica, quæ futura pnunciant; ut ranarū coaxatio pluuias. Hæc diuisio colligitur ex D. Basilio in cap. 7 Esaiæ.

3tio Quædam st Formalia, quædam Instmtalia: Vide Fons. lib. 1° c. 8.

Hic notetur ad signa formalia pertinere spees illigbiles et conceptus illectus, omnesq spees tam internorum quam externorū sensuum, tam expressas, quam impressas; nam his omnibus conuenit definitio signorum formalium: Sunt n. similitudines et imagines rerum.

4to. Signa quædam st Naalia, quædam Ex Instituto de qbus Fons cap. 9. Hic notetur Discrimen Inter naale et signum ex Instituto, quod illud in cognoscēte nihil supponat: In se vo habeat naturam accomodatam et sufficientem ad producendam cognoscentem potentiam in significandum. Hoc autem in se nihil, at in cognoscente requirat memoriam significationis et rei sigcatæ, adeoq factæ impositionis ad sigcandum; quæ impositio moraliter censetur manere in signo per extrinsecam denominationem à prima Impositione.

5to Nota est signorum diuisio In mentalia Vocalia et scripta, de quibus Fons. Mentalia sunt potissimū Conceptus, quibus res ipsas cognoscimus: Quid si homo esset solitarius conceptus illi sufficerent. At quia polyticum est aial et sociabile magis, quam vllum gregariū aial teste Arte 1° Polyt. c. 2° Datæ st illi à natura voces et scripturæ. Illæ ut cum præsentibus: hæ, ut etiam cū absentibus communicaret.

Sexto Quædam signa dnr Manifestatiua tm; q vdlt res

quaspias à se dinctas repræsentant, pro quibus n̄ substituuntur in oratione, vt realis sonus Campanæ regulariter signum est votationis ad Templum: Quædam st̄ manifestatiua simul et Suppositiua, quæ rem n̄ modo sed etiam pro ea supponunt in oratione; vt hæc vocula Sonus pro qualitate significata.

QVAESTIO 2da

Quomodo Conceptus Voces et Scripta sigcent Res?

Prima Conclusio Conceptus immediate sigcant res ipsas. Voces a proxime Conceptus, remotè ipsas res ac demum Scripta immediatè ipsas voces, mediatè conceptus et res ipsas. Colligitur ex his verbis Arlis: Sunt gō ea, quæ st̄ voce earum, quæ st̄ in Aia passionum notæ Et ea, quæ scribuntur earum quæ st̄ in voce. Vbi nomine Passionum illigit Conceptus: Hi n̄ cum recipiantur in eodem illectu à quo producuntur, et receptio sit quædam passio; rectè vocantur passiones, quarum voces ait ēē notas id ē signa. Patet assertio de Conceptibus; Quia inter illos et rem significatam nullum intercedit signum. pbr. de vocibus et scriptis Nam voces inuentæ st̄ ad sigcandas res interuenientibus conceptibus, indicando videlicet, quem conceptum habeat, vel debuerit habere is, qui vocem protulit, adeoq̄ immediatè sigcet ipsos conceptus rerum: Scripta verò inuenta sunt ut loco ipsarū vocum res sigcarent: gō voces imediatè sigcant ipsa scripta seu scriptura, mediatè conceptus rerū, et tandem res ipsas. Confirmatur. Plures voces (quod etiam de scriptis illige) sigcant naas vrles; ut homo et Aial: Sed res non

vniuersales, nisi ut per conceptus communes à nobis abstractæ vel cognitæ: Non gō sigcantur per voces nisi medijs conceptibus, quos de illis formamus. Quod autem scripturæ significent imediatè ipsas vocet patet, qui n. latinas traslegunt, etsi n̄ intelligant eas, nihilominus formant conceptum vocum. Ergo signum est litteras per se afferre notiam vocum. Quod scripta etiam sigcent res ipsas omnes fatentur, q̄ ea intelligunt: Negant solùm ij, qbus omnia Græca sunt. Notanda st hic duo. primum est Voces non sigcare conceptus, ut ipsi conceptus sint præcepta vocum sigcata et res ipsæ minus præcipua. Contrarium n. potius dicendum ē, quia illa st primaria vocum sigcata, pro quibus voces vt plurimùm in oratione accipiuntur, et ad quod sigcandum præcipuè imponuntur: Sed ordinariè pro ipsis rebus sumūtur, et supponunt voces, et primariò ad res sigcandas ipsas institutæ sunt: gō etc. Maior vdr. certa: Minor ex cōmuni hominum sensu liquet: Vtimur n. vocibus loco rerum, quas mente concepimus. Eadem ratio est de scriptis respu vocū rerū et cōceptuū. 2dm est Tam conceptus quàm res ipsas dici posse imediata sigcata vocum diuerso respu et appellatione: Nam Conceptus hominis V.G. est imediatum sigcatum vt quo huiq vocis Homo sed nāa humana est imediatum sigcatum ut quod eiusdem vocis; quia non est aliud sigcatum vt quod immediatius, l3 aliud sit imediatius vt quo. Et sic vtrumq in suo gnre dicit3 imediatum; quia tn sigcatum vt quo videtur simpliciter esse immediatius, etsi n̄ principalius ipso sigcato vt quod. Ideo absolutè dicimus immediatum sigcatum vocis ēe Conceptū; mediatum verò ipsam rem.

Conclusio 2da Conceptus naaltr sigcant: Voces a. et scripturæ ex Instituto seu libera impositione. Pbr ex Arte. Nam conceptus ydem st apud omnes: Voces autem et scripturæ diversæ apud diversos: Ergo illi naturaliter; hæc ex impositione; patet Consegntia: Nam idem ee apud omnes (quod Phus de conceptibus dixit) nil est aliud, quam naa sua ee tale n ex hominum arbitrio: Et e gtra n ee vbiq idem (quod Artes de vocibus et scriptis affirmavit) n e aliud, quam ex libera hoium voluntate hæc signa pendere. Suadetur Ans, quoad Conceptus. Nam cum hi transcendentaliter atq essentialiter tendunt in obiecta, quorum st imagines ac rerum essentiæ, non possint mutari; fit gsequenter, ut conceptus vbiq retineant suam repræsentationem, ac per eam ducant potentiam in cognioem obiectorum, adeoq sint apud omnes ydem n quidem numero sed specie atq inter se omnino similes. Pbr Voces et scripturas ee drsas; quia voluntas hominum eas imponentiu n est eadem. Ergo nec scripturæ et voces eædem ee possunt.

Confirmatur 1o Si Conceptus Solis V. G. q est in medio Mectu ponatur in quovis alio, idem repræsentabit cuivis alteri, quod mihi, et si vox, quæ apud Latinos rem notam sigcat, apud Indos aut Turcas aliter proferatz, aut nihil prsg aut n aliud sigcabit.

Confirmatur 2do Tam Græci quam Latini eundem Speciei conceptum formant de Homine V. G. (dumodo illum recte concipiant, sed diversis illum vocibus sigcant: Ergo sd.

Notanda sunt hic 2o Primum Non ee dubium, quin voces articulatæ sigcent prolatorem suu et affectum mentis sicut etiam voces inarticulatæ hominum et brutorum, (de qbus Artes vtpote non doctrinalibus hic n agit) naaltr sigcent paoes animi

animi; ut risus lætitiam, gemitus dolorem; Hinnitus affectum quendam Equi. Tantum qo dicimus in præsenti de articulatis vocibus hūanis, q̄ res ipsas et conceptus rerum sigcant ad placitū. 2dm Voces et scripta Maaltr sumpta ⌊ prout res quædam sūt de prædmto Ctitatis eadem ēē apud omnes: At formaliter hocc ut includunt sigcationem ex Instituto eadem non ēē; cūm idem non sigcent vbiq: priori modo hic n̄ accipiuntz sed posteriori.

CAPVT SECVNDVM.

De Nomine.

Explicaturus Arles Enunciationem ab eius partibus incipit, et prius agit de Nomine quàm de Verbo; tùm quia nomen sigcat aliquam naturam, verbum vero sigcat potius aliud nāæ illi adiacens: Tùm quia Nomen simpliciq; tantùm n. sigcat naturam aliquam; Verbum a. p̄ter id quod sigcat, consigcat etiam tempus: At simpliciora debent ēē priora: Tùm quia Nomen respu Verbi ht se in Enunciatione velut māa respu formæ (Illud n. subiectum; hoc verò prædicatum est.) Sed māa prior est formâ: Ergò etc.

De solis a. noibq et verbis agit: Nam hæc sola propriè loquendo sunt per se Orationis Enunciationisq; partes; cæta omnia q̄ in Enunciatione reperiuntur, vel sunt juncturæ partium, vel minores quædam Orationes, vel ad nomen et verbum aut directè aut obliquè reuocantur, de qbus Fons. lib. 1o Institut. cap. 15.

In præsenti capite definit Arles Nomen. 2do Aliquot definitionis particulas declarat. 3tio reijcit quædam à Definitione Nominis; qa vo oia p̄stat Fons. ibidem cap. 12o nihil est, cur diutius notis rebus immoremur.

CAPVT TERTIVM.

De Verbo.

Hic Artes proponit Verbi definionem, eamq paucis declarat; quia vo tota fere illigr. ex definione Nominis, ut apud Tons. patet vberiorem eius tractionem pstringimus. Itaq solum explanat duas eius partes, quibus Nomen et verbum discrepant. Prima est; quod praeter suum frale etiam Tempus innuat, quin etiam personam, ut valetudo et valet signcant eandem rem; sed valet pterea signcat valetudinem ee in hoc tempore: Hoc a est discrimen Inter signcare tempus et cum tempore signcare seu adsigncare tempus. Quod Illud sit 1o et per se aliquod tempus signcare, quod et nominibus convenit: Annus n. hora etc primario signcant et important tempora: Hoc vero est praeter formale signcatu exprimere aliquam diffram temporis, in qua illud est, quod solis verbis attribuitur: nam lego praeter lectionem innuit etiam Tempus in quo fit lectio. Secunda particula, qua verbum à Nomine dinouitur est, quia semper In oratione ponitur loco praedicati. Verborum casus dnr omnia tempora et personae praeter modum Indicatiuum, quoad praesens tempus; quia haec oia aut cum tempore psenti non signcant; ut praeteritum et futurum; aut per se pdicari non possunt, ita ut verum sensum efficiant, ut Imperatiuus Optatiuus etc. Haec oia reuocantur ad Verbum. Sub finem Capitis docet Artes Verba rdm se dicta ee nomina, ut Boëtius et Auerroes intelligunt; Similia ee nominibus, in eo quod aliquid signcent. Plura de Verbo in segnti disputatione.

CAPVT QVARTVM.

De Oratione.

Primò definit et diuidit Orationem. 2do. Eadem pstat circa Enunciationem. 3tio agit de Oppositione Complexa quæ est passio Enunciationis. De his Pons lib. 3o Inst. agit. Nota hic Orationem à Nomine et verbo dissidere, quod habeat partes separatim sigcantes, non ita ut verum aut falsum dicant (licet posset aliqn fieri.) sed quod per modum simplicium dictionum sigcent; ut vox Leo in hac Enunciõne Leo est Aial sigcat semper leonem, quod n efficiunt ptes huius dictionis Animal.

DISPVTATIO.

De Voce significatiua.

Suppono ex communi sententia vocem sigcatiuam ex Instituto, seu vocale sigcatiuum (siue id formaliter dicat solùm significationem) quale plerique vocant relationem et connotet vocem ut subiectum; ideoq videatur aliquod simplex et cnotatiua reliqua; siue potius formaliter vtrumq importet (: formam et subctum; ideoq sit compositum per Accns.) recte diuidi posse in Nomen et Verbum et Orationem. Vel prius ac propius in Vocem Incomplexam; quæ subdiuidatz in Nomen et Verbum: Atq Complexam, quæ Oratio dr et in suas inferiores spees diuidatur. Ad Nomen et verbum Syncategoremata oia reuocatz quæ eorum sigcaõem aut coniungunt, aut disiungunt, aliterq modificant. Est a prima diuisio Analogi in sua Anu-

logata

logata; vel per attributionem vocis complexæ ad incomplexam; Nam illa recipit omnem vim suam sigcandi ex hac. primò Illa componitur ex hac multiplicata; ut per quandam proportionalitatem: Non n. pt ee vniuocao int Simplex et Complexu. Secunda nempe diuisio sigcati simplicis in Nomen et verbu est quidem Essentialis; cùm nomen et verbum quodam modo sigcandi essentialiter differant, n tn gnris in species, licet eam imitetur: Nam si nomen et verbum forliter dicant vocem et sigcationem, iam sunt Entia per Accns, inter quæ n dantur vera gnra et species. At vo si nomen et verbum accipiantur formaliter pro sola sigcatione siue in concreto sine in abstracto rursus erunt Composita p Accns. Nam rao formalis signi, atq adeò ipsa significatio est complexa ex habitudine ad potentiam et ad rem sigcatam. Complexum autem rationem veri vrlis non sortitur, et tn diuisio gnrica similis, quia in neutro membro apparet manifesta ratio analogiæ. Tametsi posset reuocari ad diuisionem Analogi per proportionem propriam. Nam vbi æqualitas in participatione alicuius naturæ et non pfecta similitudo gnris, intercedit aliqua ratio prædictæ analogiæ, ut patet in differentijs incomprehendentibus. Nam si Nois et Verbi sigcatio aliquid simplex foret, æquè participaret à nomine et verbo, ac p suas proprias difrntias contrahi possent; non eet ratio; quòd hæc diuisio n foret vniuoca et Gnris in subctas spees.

QVAESTIO I.a

Vtrum Artes Nomen rectè definierit?

Suppono defionem apud Pons declaratam ee bonam.

et pono sequentes Conclusiones.

Prima Conclusio In definitione Nominis recte ponitur vox sigcans loco generis, ut patet ex dictis: Et Confirmatur. Nam si accipiatur Nomen ut conflatum ex maa et fra artificiali; perinde est dicere: Nomen est vox sigcativa ex Instituto, atq est compositum ex voce et sigcaoe: sive quod alij dicunt est vocale sigcativum, quod recte dr. uti Calix aurum figuratum; ut minus recte diceretur; cum et figura multoq minus aurum tm; quia pars de suo toto non prædicatur in recto, sive nomen accipiatur pro sigcatione sola cnotando vocem ut subctum, quam accidentia determinantia certum subctum, quemadmodum nomen determinat vocem: Recte definitur per subctum ut bene notat D. Tho. sect. 4. ita sensus e: Nomen e vox, cui accidit eiusmodi sigcatio, reliquæ huius defionis particulæ ponuntur loco differentiæ à verbo seiungentis. Porro sicut vox sigcativa ex Instituto dividitur in nomen verbum et Orationem; sic etiam conceptus et scriptura dividuntur in nomen, verbum et Orationem mentalia et scripta. Hinc vocalium signorum defionibus paucis mutatis hoc ferme modo applicantur mentalibus et scriptis. Mentale Nomen est sigcans conceptus definite ac sine tempore. Scriptum nomen e scriptura ex Instituto definite ac sine tempore.

Conclusio 2da Nomen à verbo essialiter differt in modo sigcandi. Pbr quia verbum sigcat aliquam fram per modum actionis, seu quod eodem redit, formaliter sigcat rem ut egredientem ex caa, et ut loqnr in fieri:

Nomen autem formaliter id non sigcat, sed potius rem in facto ee ac per modum qualitatis: Ex hoc autem formali vtriusq; significato

Colligitur Essentiale et vrle Discrimen int Noen et verbu; Quia omne et solum verbum et nullu prorsus nomen ht illum sigcandi modum. Porro sicut hic notauit D. Thomas Verbum 1o dr significare actionem, sed non per modum actionis; qa non sigcat actionem in actu signato ut qdam Noia v. g. hæc duo Actio et Calefactio, sed in actu exercito, qns sigcant formam ut actu egredientem.

Nonnulli verbum à Nomine discriminant; quod illud semp sigcet formam suam cum subcto compositam, adeoq semper connotatiuum sit: Nomen aut sigcet illam pse psertim, cu sit abstractu, ut ptt in explo Verbi Amo et Nois Amor

Verum hoc discrimen non est vrle; qa multa noia st Conotiua.

Porro Materiale sigcatum nois et verbi vnu idemq ee pt, non tn formale, ut liquet, in eodem verbo Amo et nomine Amor; quæ maaltr sigcant amorem; non autem formalit; Noia sigcant amorem in facto ee: In fieri verò Verbu eunde amorem. Cætera ex Fons. patent Nomen sicut et Verbum ab Oratione dingui; quod Illud sit vox simplex non habens vllas partes significantes separatim; Hæc a: sit complexa ijs constans partibus, quæ sepatim sigcant, ut Als dt

Conclusio 3a. Nomina infinita rectè à nois defione reyciuntur. Pbr. Quia Nois proprium est aliquid determinatum potiæ obycere: At Infinita noia remouent ab illectu oia potius, quam ei aliquid proponant: Ergò.

Cæterum Nomen infinitum est vocabulu, quod ex noe aliquo et particula negante componitz; ut non homo etc.

quæ vocabula; quia non sunt orationes minores ob incom-
plexionem; siquidem Non homo in generali conceptum sim-
plicem negationis hominis in Concreto sumptæ: Nec sim-
plices negationes uocat Arles infinita noia ꝗ indetermi-
natæ sigcationis: dnr n de his, quæ st; et de his, q n st;
Eodem modo verba Infinita, ut, Non ualet, componuntur
ex verbo aliquo et præfixa negatione; dnrq tam de his
quæ st, quam de his, quæ non sunt.

QVAESTIO 2da

Utrum Arles recte Verbum definiuerit?

Supposita verbi defione ac declaratione apud Tons
lib 1o Instit. cap. 14. Notandum. Verbum 4 habere
sigcata.
1m est id, quod vnicuiq proprium est: V.G. Lego sigcat
lectionem. Cætera tria significata st oibq verbis coia.
2m igr est, Tempus metitur primum sigcatum.
3tium est Copula, ratione cuiq verbum quodcunq additz
nomini, efficit orationem affirmantem aut negantem.
4tus modus Concretionis; ratione cuiq omne verbu
est Connotatiuum: 1m et 4tum sigcatum absq dubio st
formalia; vt n album de formali significat albedinem
eiusq inhærentiam ad subctum, ita lego pter lectionem
formaliter importat et habitudinem ad subctum, licet ipsu
subiectum tm connotet; rdm quod verbum dissidet à noibq
abstractis: De 2do et 3tio sigcatis est Dubiu: 2mo Importentz?
Conclusio 1a Tempus à Verbo n sigcatz 1o formaliter
sed consecutiue ac secundario. Pbr ex Arle et alijs, qui
dnt Tempus à verbo consignari accipiendo nz tempus

late

latè pro quauis duratione etiam instantanea vel æterna: pnt
n: in momento et instanti exerceri actiones, q significantur
à verbis; Creo, illigo aut in æternitate; Quomodo Pater
